te ego vici mundū. Joh. xvj. Uincit aūt iſte
mūdus p firmā patiētiam dicēdo. Dñe vos
poſſetis me iuuare. ſed ex quo vobis placet
ꝙ patiar. patiēter recipio. Ex hoc homo me
retur coronā. Apocal. ij. Eſto fidelis vſq3 ad
mortē ⁊ dabo tibi coronā vite. Iſtā victoriā
habuit beatus Petrus. Dicat cū eſſ3 inqui/
ſitor et diſputaret ꝯtra hereticos. nec ſibi po
terāt reſpōdere. heretici tractauerūt ei⁹ mor
tem. Fuit eñ vēdit⁹ vt xp̃s. vt dū iret p viā3
occideret. ¶ Nota eius martyriū ⁊ quō pluit
ſanguis ꝺ arborib illi⁹ nemoris vbi fuit oc/
ciſus. ⁊ celū fuit viſum apertū. ⁊ xp̃s cū vgi/
ne Maria reſpiciētes in celo beatū Petrū.
Illa terra vbi fuit occiſus habuit magnam
virtutē ad curandū infirmitates. Fuit ſepul
tus honorifice. et lampades accēdebant lu/
mine de celo deſcendēte. Jō cantat. Ad ſan/
cti Petri tumulū frequēs lux deſcēdit in cu
ius laudis titulū lampades accēdit. Mira/
cula que fecit in terra ⁊ in mari ⁊ ĩ mulierib
ꝓ filijs habendis infinita ſunt. Patet g̃ quō
beat⁹ Petr⁹ habuit victoriā3 de intellectu p
ſimplicē credentiā. de voluntate p humilem
obedientiā. de carne p nitida3 ꝯtinentiā. de
dyabolo p verā ſapiam. de mūdo p firmam
patiētiā. Ergo. beat⁹ vir q̃ ſuffert tēptationē
qm̃ cū ꝓbatus fuerit accipiet coronam vite
quā repromiſit de⁹ diligētib ſe. Jac. j.

¶ Sermo duorum apoſtolorū Philippi
et Jacobi.

Ecce quõ compu
tati ſunt inter filios dei. Habet ver
bum iſtud textualiter. Sapiētie. v.
officialiter in ep̃la hodierna. Hodie eſt feſtū
duoꝝ glorioſoꝝ ap̃loꝝ. Et ſi de vno ap̃lo eſt
magna ſolēnitas. multo maior de duobus.
Ita ⁊ ſermo erit de duob ap̃lis. Et ſi placet
deo habebim⁹ bonas doctrinas ad virtutū
inſtructionē. peccatoꝝ correctionē. ⁊ vite re
formationē. S3 pmo ſalutet vgo maria ⁊c.
¶ Pro hui⁹ vbi declaratiōe ⁊ materie predi
cande introductiōe ſciendū ꝙ inter oēs ſan
ctos q̃ fuerūt a pncipio mūdi ⁊ ſunt et erunt
in poſterū. qui pus ⁊ excellenti⁹ dicūtur filij
dei ſunt apoſtoli. Lic3 omnes ſancti ⁊ deuo
te pſone dicant filij dei. mag̃ ꝓprie ⁊ ſup oēs
apoſtoli dicunt filij dei. Ratio eſt iſta. Nam
filiatio diuina cauſat i homie ex vita ſpūali.
que habet p grãm ⁊ pñtiam ſpūſſancti. Als
quātūcūq3 ſit magn⁹ vel p̃latus vl magiſter
ſeu graduat⁹ ſi nō habet vitā ſpūalem nō eſt
filius dei ſed inimic⁹. Sic eñ fet⁹ cōceptus
nō habet rōem humane filiatiōis donec in/
fundit aĩa rōnalis q̃ cōplet humanā vitā et
dat eſſe ſubſtātiale in ſpecie humana ¶ No
ta ad h pulchrū miraculū beati petri marty/
ris de muliere pariēte fruſtū carnis ⁊c. Pat3
ergo ꝙ filiatio humana venit ex ſpū rōnali.
quo depdito p mortē. illud corp⁹ nō dꝛ fili⁹
nec filia vr̃a ꝓprie loquendo. Ita lic3 homo
ſit genit⁹ a deo in baptiſmo ⁊ ſit ꝯfirmatus ⁊
ſit magn⁹ dñs ⁊c. niſi habeat vitā ſpūalem et
ſpm̃ ſanctū ſecū p grãm nō dicit fili⁹ dei. ſed
qñ poſt baptiſmū ⁊ ꝯfirmationē hō viuit in
vita ſpūali. qꝛ pl⁹ curat de aĩa q̃ eſt ſpūs ⁊ me
lior corpe q̃ de corpe. dolet de pctis p̃teritis
cauet de futuris. talis dꝛ filius dei. Auctas.
Quicūq3 ſpū dei agunt. i. regunt mouent et
informant hi filij dei ſunt. Roꝝ. viij. Item
alia de veteri teſtamēto Dauid loquēs pſo/
nis que tenēt vitā ſpūalem. dicit. Ego dixi
dij eſtis ⁊ filij excelſi omnes. ps. lxxxj. Nota
dij eſtis. nō eſſentialiter ſed p pticipationem

De ſancto philippo et iacobo apoſtolis

Nõ ad ꝓpoſitũ. Cõſtat ꝙ int̃ oẽs ſctõs aplĩ
excellẽti⁹ tenuerũt vitã ſpũalẽ ⁊ fuerũt pleni
ſpũſctõ. Nã doctrina ẽ clara ĩ ſctã theologia
ꝙ xp̃s ẽ fons oim grãꝝ ſpũaliũ. Jõ ſancti q̃
fuerũt xp̃o ꝓpinq̃ores fuerũt magis ſpũales.
qꝛ q̃ magꝭ appropĩquat̃ xp̃o fonti ſpũali. ma/
gis ẽ ſpũalis. Nõ int̃ ſctõs q̃ fuerũt an̄ xp̃m
vel poſt eũ aplĩ fuerũt xp̃o ꝓpinq̃ores. qꝛ cuȝ
ĩp̃o ſteterũt comederũt ⁊ biberũt. Jõ fuerũt
magꝭ ſpũales ⁊ maiores ſancti. Nota ſilitu/
dinẽ digitoꝝ ĩ manu ad digitũ lõgiorẽ. Sã
cti p̃triarche q̃ fuerũt an̄ xp̃m fuerũt ſancti ⁊
ſpũales. ſȝ magis ſancti ⁊ ꝑfecti fuerũt ꝓp̃he
q̃ fuerũt xp̃o ꝓpinq̃ores. vt moyſes. dauid. et
alij. ſȝ int̃ eos ſanctior fuit Jo̅hes baptiſta.
qꝛ fuit xp̃o ꝓpinq̃or. qꝛ ip̃m baptiſauit. Unð
dixit xp̃s de eo Math. xj. Int̃ natos mulieꝝ
nõ ſurrexit maior iohe̅ baptiſta. Uirgo autẽ
maria ſup̱ oẽs fuit ſpũalior. qꝛ fuit xp̃o ꝓpin/
quior. qꝛ ip̃m portauit ĩ vtero nouẽ menſibꝫ.
Poſt ꝟginẽ aũt maiores ſancti ⁊ magꝭ ſpũa/
les ⁊ plus pleni ſpũſancto fuerũt ſancti aplĩ.
Poſt eos ſancti martyres. ⁊ poſt ſctĩ ꝯfeſſo/
res. Ultimo venim⁹ nos q̃ iã nihil valemus
nõ ſum⁹ niſi labruſta in vineis. Jõ dicebant
aplĩ. Nos ip̃i p̃mitias ſpũs hñtes. Gloſa. q̃a
tp̃e p̃us ⁊ ceterꝭ abũdanti⁹. Ip̃e eñ ſpũs te/
ſtimoniũ reddit ſpũi noſtro q̃m ſum⁹ filij dĩ
Ro. viij. Recte ḡ de aplĩs dicit thema. Ecce
ſcȝ rõem ⁊ modũ quõ. ſ. iſti duo aplĩ cõputa
ti ſunt inter filios dei. patȝ thema. Nõ p̃di/
care de vita vni⁹ aplĩ eſt magn⁹ ſ̃mo. quãto
magis de duobꝫ aplĩs. Jõ dicã modicũ de
q̃libet. In beato Philippo notaui tria ſigna
diuine filiationis. quoꝝ ſcȝ

¶ Primũ eſt dilectio ſpũalis.

¶ Secundũ p̃dicatio euãgelicalis.

¶ Tertiũ paſſio martyrialis.

Quãtũ ad p̃mũ dilectio quã beat⁹ Philipp⁹
hẽbat ad ſuos parẽtes ⁊ amicos tota erat ſpĩ
ritualis. Prim⁹ aplĩus vocat⁹ a xp̃o fuit phi
lippus. vt pȝ Joh. j. Dixit ſibi xp̃s. Sequere
me. Nõduȝ xp̃s h̃ verbũ dixerat alteri. Phi/
lippus ꝟo illumiat⁹ et inſtr⁊ct⁹ a xp̃o voluit
etiã attrahere ⁊ ducere fratrẽ ſuũ ad xp̃m vt
ſibi daret aliq̃d nõ tp̃ale. ſȝ vt ſaluaret animã
ei⁹. ⁊ ibat q̃rendo fratrẽ ſuũ nathanaelẽ. qui
erat magn⁹ doctor ĩ lege. Quo inuẽto dixit
ſibi philipp⁹. Quẽ ſcripſit moyſes ĩ lege ⁊ pro
phete inuenim⁹ ih̃m. Ueni ⁊ vide Joh. j. Et
duxerat eũ ad xp̃m. q̃i vellet dicere. dñe ſicut
me illumiaſtis ⁊ ꝯuertiſtis, illumietis ⁊ con/
uertatis fratrẽ meũ. Placet mihi dixit xp̃us.
Et dixit de nathanaele. Ecce ꝟe iſraelita in
q̃ dol⁹ nõ eſt. Dic̃ ei nathanael. Uñ me noſti.
Rñdit ih̃s et ait. Priuſq̃ȝ philipp⁹ te vocaret
cũ eſſes ſ̃b ficu vidi te. Tũc nathanael a xp̃o
illumiat⁹ ⁊ ꝯuerſus dixit xp̃o. Rabi tu es fi/
li⁹ dei. tu es rex iſrl̃. Joh. j. Ecce quõ oſtẽdit̃
amor ſpũalis btĩ Philippi erga fratrẽ ſuum.
In h̃ deficim⁹ mõ in mũdo. qꝛ tota dilectio
nr̃a ad parẽtes et amicos ẽ carnal̃. diligim⁹
corp̱a. honores ⁊ officia ⁊c̃. comedere ⁊ bibe
re ridere ⁊ truffare. valde pauci ſũt q̃ habeãt
amorẽ ſpũalẽ. diligẽdo aiaȝ alteri⁹. cũ indu/
cẽdo ad bonã vitã. omni tñ homĩ p̃cipit xp̃s
dicẽs. Hoc mãdo vobis vt diligatis inuicẽ.
Dñe ⁊ q̃li amore. Rñdet. ſic̃ dilexi vos amo/
re ſpũali. Joh. xv. Jõ bon⁹ vir debet dilige/
re vxorẽ ſuã. nõ ſolũ dilectiõe ſeu amore car/
nali. ſȝ ſpũali. Quia ſi vir ſit bon⁹ ⁊ deuot⁹. ⁊
vxor vana. põpoſa. vir dȝ tenere bonos mo/
dos vt eã trahat ad xp̃m. ⁊ ecõuerſo vxor vi/
rũ ribaldũ. et parẽtes filios ſuos inſtruẽdo.
vt ſciãt ſe ſignare ⁊ orare ⁊c̃. Etiã debẽt dare
oportunitatẽ audiẽdi miſſam. ꝯfitẽdi ⁊c̃. Ui
cin⁹ vicinũ. ſoci⁹ ſociũ. religioſus aliũ religi
oſum. cleric⁹ clericũ. trahant ad xp̃m quãtũ
poſſunt bonis modis. Iſta eſt dilectio ſpũa
lis bona ⁊ ſancta. Jõ dicit ſcp̃tura. Spon/
ſus ⁊ ſpõſa dicũt veni. Apoc. vlt̃. Sponſus
eſt xp̃s. ſpõſa eſt ecclĩa. q̃ dicũt veni. ſ. ad pa/
radiſum. dimittas vias inferni. Tu eñ va/
dis p̱ viã ſup̱bie. q̃ ducit ad infernũ. ideo ve
ni p̱ viam hũilitatis. ⁊ ſic de alijs. Et qui au
dit. ſ. verbũ xp̃i obediẽdo dicat. ſ. alteri veni.

¶ Quantũ ad ſecundũ ſignũ filiatiõis diui/
ne beati Philippi fuit p̃dicatio euãgelica ſi/
ue apoſtolica. Poſtq̃ȝ eñ diu vixit cum xp̃o
ſpũaliter. finaliter poſt xp̃i paſſionẽ. aſcenſio
nem. ⁊ ſpiritusſancti receptionẽ. Philippus
memorãs verbũ xp̃i dicẽtis. Eritis mihi te/
ſtes in hieruſalẽ ⁊ in omni iudea ⁊ ſamaria ⁊
vſq̃ȝ ad vltimũ terre. Actuũ. j. Nota. Eritis
mihi teſtes de vita mea. cõuerſatiõe. p̃dica/
tione. paſſione. reſurrectiõe. aſcẽſione. ꝓpter
hoc beatus Philipp⁹ p̃mo incepit p̃dicare in
hieruſalẽ in plateis ⁊ vicis ciuitatis. vbi fe/
cit magnũ fructũ. cõuertendo multos ad fi/
dem xp̃i. Deinde p̱ villas ⁊ caſtra p̃dicando
viſitauit totã iudeaȝ. Deinde tranſiuit ad ꝓ/
uinciam ſamarie. Deinde tranſiuit in aſyam
que eſt maior ps mũdi. Dic̃ hiſtoria ꝙ innu/
merabiles ad fidẽ xp̃i ꝯuertit. Jõ philippus

dicit̃ os lãpadis ꝓpter ſuã luculentã p̃dicati
onẽ. Lãpas eĩ hꝫ os latũ. ſcõo ẽ vncta oleo
tertio eſt clara ad illuminãdũ. Ita os beati
Philippi fuit latũ ad p̃dicãduꝫ vbiqꝫ. vnctũ
ꝛ medicinale ad cõuertendũ ꝑplos multos.
claꝝ ad illumiandũ corda gentiũ Ergo dꝛ p
ꝓpham. Si ſepaueris p̃cioſũ a vili quaſi os
meũ eris. Cõuertent̃ ipi ad te. et tu nõ ↄuer/
teris ad eos. Hiere. xv. Precioſũ eſt fides ca
tholica. vilis eſt error et idolatria. Hoc ſepa
bat beat⁹ Philipp⁹ ore p̃dicando. Itẽ p̃cioſa
res ẽ virt⁹. vilis res ẽ viciũ. Hoc ſepabat bea
tus Philipp⁹ Idẽ de ſupbia ꝛ hũilitate. aua
ricia ꝛ liberalitate. luxuria ꝛ caſtitate. ꝛ ſic de
aliĩs. Beat⁹ philipp⁹ ſepabat p̃cioſum a vili.
qꝛ ſupbũ ↄuertebat ꝛ faciebat ipm hũilem. ꝛ
ſic de aliĩs. Iõ ſequit̃. Ipi cõuertent̃ ad te. ſ.
ad fidẽ quã tu p̃dicas. Et tu nõ ↄuerterꝭ ad
eos. ſ. ad coꝝ ſectã et errorẽ. Eſt h̃ q̃ſtio. quõ
vn⁹ homo ſimplex ſcḿ mundũ tantos ꝑplos
ↄuertebat qui erãt antiquati in eorum ſecta
mala. ꝛ ſtatiꝫ credebãt ꝛ ↄuertebant̃ ad xp̃m
Idẽ de peccatoribꝫ aſſuetis ĩ peccatis. ꝛ ſta/
tim ↄuertebant̃ ad ꝟtutes. Et mõ cũ ſimus
tot p̃dicatores nõ poſſum⁹ ↄuertere vnũ in/
fidelẽ. imo iã ↄuerſi puertunt̃. qꝛ apl'i ↄuert-
runt totũ mundũ q̃ſi. qꝛ in omnẽ terrã exiuit
ſon⁹ coꝝ ꝛc̃. et modo multi puerſi ſunt. Pro
rñſione dicat̃ quõ apl'i habebãt tria. q̃re neqꝫ
mirũ ſi gentes cõuertebant̃. ſ. p̃mo doctrinã
celeſtialẽ. nos habem⁹ oppoſitũ. igit̃ ꝛc̃. ſꝫ do/
ctrina apl'oꝝ tota erat celeſtis inclinãdo gẽ/
tes ad amorẽ dei. ꝛ ad amandũ celeſtia. Nõ
aũt doctrina ml'toꝝ tota ẽ poetaꝝ dãnatoꝝ
quõ ꝗ poterit aliquẽ ſaluare. Talis doctrĩa
aures tangit nubibꝫ atris ꝛc̃. ſed nõ cõuertit
corda. Doctrina celeſtis ꝛ euãgelica hꝫ oppo
ſitũ. nõ hꝫ illas cadẽtias doctrine poetarũ. ſꝫ
doctrina euãgelica frangit ꝛ penetrat corda
ꝛ illumĩat intellectũ ꝛ ĩflamat volũtatẽ. Dat̃
exemplũ de aqua q̃ aſcendit naturalit̃ tantũ
quãtũ deſcẽdit. Si ꝟo ꝓcedit a p̃ncipio infi/
mo nõ põt aſcẽdere. Ita eſt de doctrina euã/
gelica q̃ ab altiſſimo p̃ncipio ꝓcedit. ab illo
fonte de q̃ Ecc'i. j. Fons ſapie verbũ dei in
excelſis. Iõ facit aſcẽdere pſonã deuote p̃di
cantẽ et ipam obſeruantẽ vſqꝫ ad celũ. Sed
aqua doctrine poetaꝝ ꝓcedit a p̃ncipio ꝛ fõ
te hũani intellect⁹. quõ ꝗ faciet te ad celũ aſcẽ
dere. Propter h̃ dicebat xp̃s. Oĩs q̃ bibit ex
aqua hac. ſ. doctrine p̃hie ſcḿ intellectũ alle/
goricũ. ſitiet iterũ. Qui aũt biberit ex aq̃ quã
ego dabo ei. non ſitiet in eternũ. Ioh. iiij. Et
qꝛ beat⁹ Philipp⁹ p̃dicabat doctrinã euãge/
licam ꝛ celeſtẽ. ꝛ diſputabat ſine forma p̃hie.
ſimplicit̃ dicẽdo ꝟba fidei. gẽtes credebãt et
ↄuertebant̃. qꝛ hec ꝓmiſerat eis xp̃s dicens.
Ego dabo vobis os ꝛ ſapiaꝫ cui nõ poterũt
reſiſtere ꝛ ↄtradicere oẽs aduerſarij vr̃i. Lu.
xxj. ¶ Secũda ratio eſt. qꝛ apl'i habebãt vi/
tã ſpũalẽ. nõ curabãt de bonis huius mũdi.
imo dicebãt gentes. Quid vult iſte hõ. vult
pecunias vel dignitates. Rñdebãt aliĩ non.
Ergo quid vult dicebãt aliĩ. nihil aliud vult
niſi honorẽ dei ꝛ ſaluatiõꝫ aiaꝝ. Ieiunabãt
faciebãt magnas penitẽtias ꝛ afflictões in
ſuis pſonis. vitabãt familiaritates. Nos ꝟo
mõ neſcim⁹ p̃dicare niſi ꝑ vanitate vt videa
mur ꝛ laudemur. vel ꝑ pecunijs acquirẽdis
vel ꝑ familiaritatibꝫ habẽdis. Nõ eſt iſta vi/
ta ſpũalis. qꝛ in mala hora intraſtis religio/
nem. qꝛ licꝫ lr̃a regis vel pape ſit optime ordĩ
nata. ꝛ colore rethorico falerata. ſi ꝟo nõ ha/
bet ſigillũ nõ creditis aliquid. Ita ſermo re
thoricus ꝛ optime ordinat⁹ eſt vt lr̃a regꝭ xp̃i
vel pape. ſꝫ quãdo ille qui p̃dicat caret ſigil/
lo bone vite nõ credit̃ ſibi. Iſta eſt cauſa q̃re
modo non cõuertunt̃ infideles nec peccato/
res. Apoſtoli aũt habebãt vitã ſpũalem. ꝛ ſi/
cut dicebãt ore. ita ſeruabãt opere. Ideo cre
debat̃ eis. Ideo apoſtol⁹. Nõ audeo aliquid
loqui eoꝝ que ꝑ me nõ efficit xp̃s. ad Roma.
xv. ¶ Tertia ratio. non ſoluꝫ habebant do/
ctrinã celeſtẽ et vitã ſpũalem. ſed habebant
opera diuina. ſcꝫ in miraculis que faciebãt.
quia quãdo p̃dicabant de articulis fidei. vt
de trinitate. de incarnatione xp̃i. et paſſione
reſurrectione. et aſcenſione. ꝓbabant hoc nõ
ſolũ auctoritatibus ſacre ſcripture ſed etiaꝫ
per demõſtrationeꝫ euidentẽ ſeu potiſſimã.
ſcꝫ per miraculũ. Ideo neqꝫ mirũ ſi cõuerte
bantur gentes. Ideo dicit̃ de apoſtolis. Il/
li autẽ p̃dicauerunt vbiqꝫ dño cooperante ꝛ
ſermonẽ ↄfirmante ſequentibꝫ ſignis. Mar
ci vltimo. Dicã vobis vnũ ſingulare de bea
to Philippo. qui p̃dicando per ſichiã venit
ad quãdam ciuitatem. vbi erat quidã draco
terribilis qui emittebat anhelitũ vt furnus
de calce emittit fumũ. et corrũpebat omnes
de illa ciuitate. ꝛ interficiebat multos. Qui/
bus dixit Philipp⁹. Credite mihi ꝛ ſtatuam
iſtã confringite et in loco eius crucẽ domini
adorate. vt infirmi veſtri curent̃ et ſanent̃ et
mortui ſuſcitet̃. Et incepert̃ clamare dicẽdo

Tantū fac vt ſanemur. ꝛ hūc martē ꝑtinus
cōfringem⁹. Tūc ſanct⁹ Philippus draconi
ꝓcepit vt in locū deſertū iret ꝛ nulli noceret.
Qui ſtatim receſſit ꝛ vlteri⁹ nō cōparuit. tūc
ſanct⁹ Philippus oēs ſanauit ꝛ trib⁹ mortu
is et dracone bñficiū vite īpetrauit. Sicq₃
vniuerſis credentib⁹ eis pſ̄bros ꝛ diaconos
ordinauit. ¶ Nota moralit̄ draco corrūpēs
cōmunitatē ē notabilis pſona viuēs in mala
vita. q꞉ ei⁹ exēplo oēs corrūpunt̄. Si in aliq̄
loco eſt aliqs cleric⁹ vel religioſus cōcubina
ri⁹. talis dr̄ ꝛ eſt draco corrūpēs et occidens
oēs. audiēdo miſſam ſuā ꝛc̄. Sed hētis duo
remedia. ſ. ꝓmū intimare ꝓlato. ſecūdū ꝙ re/
ctores faciāt ordinationē. ꝙ oēs male mulie
res ſint in lupanari ꝛc̄. ꝛ ſic draco exibit ā vo
bis. ꝛ infirmi ꝛ mortui ex peccatis ſuſcitabū
tur ꝛc̄. Ideo dicit ſcptura. Neſcitis q꞉ modi
cū fermentū totā maſſam corrūpit. Expur/
gate vet⁹ fermentū vt ſitis noua ꝯſperſio ſi
cut eſtis aſimi. Etem̄ paſca noſtrū imolatuſ
eſt xp̄s. Itaq₃ epulemur. nō in fermēto vete/
ri neq₃ in fermēto malicie ꝛ neq̄cie. ſ₃ in azi/
mis ſinceritatis ꝛ veritatis. Et ſequit̄. Au/
ferte malū ex vobiſmetipſis. j. Cor. v. Vide
ibi pulchra. ¶ Quātū ad tertiū ſignū diuie
filiatiōis eſt ei⁹ paſſio martyrialis. Pro xp̄o
ſuſtinuit martyriū. Vñ cū ꝓdicaſſet ꝛ m̄ltos
ꝓp̄los cōuertiſſet. et erat iā annoꝝ octuagin/
taſeptē. Poſt hec infideles eū tenuerūt ꝛ cru
ci ad inſtar mgr̄i ſui. ſ. xp̄i ih̄u quē ꝓdicabat
affixerūt. ꝛ crucifixus etiā lapidauerūt eū. et
ſic ad dñm migrauit. ꝛ felicit̄ vitā cōpleuit.
¶ Moralit̄. ita nos velim⁹ mori in cruce pe
nitētie. quia ſicut crux fuit xp̄o afflictio. ſed in
ea voluit mori. Ita pnia eſt afflictio. ꝛ in illa
oportet nos mori ſi volum⁹ ſaluari. Iō apo
ſtolus. Qui xp̄i ſunt carnē ſuā crucifixerunt
cū vicijs et ꝯcupiſcētijs. ad Gal. v. ¶ Mo/
do videam⁹ de vita beati Iacobi q̄ eſt. ſed eā
dicā breuiter in decē ꝯcluſionib⁹. ¶ Prima
ꝯcluſio q̄re dicit̄ Iacob⁹ minor. ad differen
tiam Iacobi zebedei fratris Iohis euāgeli
ſte. qui dicit̄ maior. eo q꞉ ꝓor fuit ap̄l'us xp̄i.
Vñ h̄ ꝯſuetudo in religiōib⁹ obſeruat̄ vt ille
q̄ ingredit̄ ꝓor. maior vocet̄. ꝛ ille q̄ poſterior
minor. lic₃ ſit prior etate aut ſanctitate vl̄ di
gnitate. Iō dicebat ap̄l'us de ſe. Ego ſu₃ mi
nim⁹ apoſtolorū. ꝓma ad Corinth. xv. cū tñ
ſit de maiorib⁹ in dignitate ꝛ ſanctitate. S₃
q꞉ vltim⁹ fuit vocatus ad apoſtolatū. dicit.
Ego ſum minim⁹ ꝛc̄. Secūda ꝯcluſio ꝙ di

cebat̄ Iacob⁹ iuſt⁹. ꝓpter meritū excellētiſſi/
me ſanctitatis. Nā ſc̄m Hieronymū tante re
uerētie ꝛ ſāctitatꝭ fuit ꝙ vinū ꝛ ſincerā nō bi/
bit. carnes nunq₃ mādu cauit. ¶ Tertia cō/
cluſio ꝙ dicebat̄ Iacob⁹ frat̄ dñi. ſed quō. q꞉
certū eſt ꝙ vgo Maria nō peperit niſi xp̄m
ih̄m. quō ergo dicit̄ frater dñi cū nō eſſet niſi
cōſanguine⁹ german⁹ fili⁹ Marie cleophe.
ſ₃ dicebat̄ frater dñi. quia ſimlim⁹ ſibi fuiſſe
ꝓhibet̄. intantū vt pleriq₃ in coꝝ ſpecie falle/
rent̄. Unde cū iudei ad capiendū xp̄m ꝓge/
rent a iuda q̄ xp̄m a Iacobo tanq₃ eorū fa/
miliaris optime diſcerneret ſignū oſculi ac/
ceperūt dicēte iuda. Quēcūq₃ oſculat⁹ fue/
ro ipſe ē tenete eū ꝛc̄. Math. xxvj. Tanta erat
ſimilitudo coꝝ ꝙ ſanct⁹ Ignaci⁹ q̄ erat in an
tiochia ꝛ nunq₃ viderat xp̄m in ep̄l'a ad bea/
tū Iohem dicit. Si licitū eſt mihi apud te
ad hieroſolymi ꝑtes volo accedere vt videā
illū venerabilē Iacobū qui cognomiat̄ iu/
ſtus. quē referūt xp̄o ih̄u ſimilimū facie. vita
ꝛ modo cōuerſatiōis. ac ſi eiuſdem vteri frat̄
eēt gemell⁹. Quē dicūt ſi video. video ꝛ ip̄m
ieſum xp̄m ſc̄m omnia corpis eius lineamēta
¶ Quarta cōcluſio ꝙ erat magne oratōnis
ꝛ deuotionis. Totiēs in oratione genua fle/
ctebat vt callos in genib⁹ ſicut in calcaneis
videret̄ habere. Hic ſol⁹ inter apoſtolos ꝓ/
pter nimiā ſanctitatē ſuā ꝑmittebat̄ intrare ī
ſanctaſanctoꝝ. nō quidē cauſa immolatiōis
ſed orationis. ¶ Quinta cōcluſio ꝙ mortuo
domino in die veneris ſancta. votū vouit ſe
nō comeſturū donec videret dñm a mortu/
is ſurrexiſſe. ſicut dicūt Hieronym⁹ ꝛ Ioſe
phus in libro de viris illuſtrib⁹. In ipſa autē
die reſurrectiōis cū vſq₃ ad diē illam nō gu/
ſtaſſet eidē domin⁹ apparuit ac eis qui cu₃ eo
erāt ꝛ dixit. Ponite mēſam ꝛ panem. deinde
panē accipiens benedixit ꝛ dedit Iacobo di
cens. Surge frater mi comede quia fili⁹ ho
minis a mortuis reſurrexit. Sexta ꝯcluſio
q꞉ ꝓmus inter apoſtolos miſſam celebrauit
Nā ꝓpter excellentiā ſue ſanctitatis ſibi hūc
honorē ap̄l'i fecerūt. In antiochia petr⁹ miſ/
ſam celebrauit. Marc⁹ in alexādria. Iaco/
bus in hierl'm. Qñ ap̄l'i debebāt incipere ad
ꝓdicandū ꝑ mundū tenuerūt ꝯſiliū q̄s eorū
eſſet epiſcop⁹ hieruſalē. ꝛ fuit ꝯcluſum ꝙ Ia
cobus. O qualis honor in ciuitate vbi ince
pit xp̄ianitas. vbi xp̄us paſſus eſt. Apoſtoli
autē omnes erāt ſacerdotes ꝛ ep̄i ordinati a
xp̄o. ſed non vt in certis ciuitatib⁹ eſſent ep̄i

Septima ꝯcluſio.q2 habuit ſingularē pa
tiētiā. Vn̄ cū ſeptimo anno epat⁹ ei⁹ apl'i ad
diē paſce ꝯueniſſent.interrogātes eos Jaco/
bo. q̄nta p eos feciſſet dn̄s. corā ꝑpl'o refere/
bāt.intm̄ vt iā ꝓpe eſſet ꝙ baptiſari vellēt. re/
pente quidā tēplū ingrediēs clamare īcepit
O viri iſraelite q̄d facitis cur ab iſtis magis
vos decipi ꝑmittitis. Jntm̄ aūt ꝑpl'm cōci/
tauit vt apl'os lapidare vellet. Aſcēdit autez
hō iſte ſuꝑ grad⁹ vbi Jacobꝫ ꝑdicabat.ꝛ ipm
ꝑcipitauit deorſum.ꝛ extūc claudicauit. cuz
alios infirmos ſanaret.noluit ſeipm ſanare.
ſ3 ꝓpter honorē ihū xp̄i illā diuiſā voluit por/
tare vt bon⁹ miles. ¶ Octaua ꝯcluſio ꝙ fuit
marty2 gl'ioſus. Jn anno em̄ epat⁹ octauo
vidētes iudei ꝙ nō poſſent occidere paulū.
eo ꝙ ceſarē appellaſſet.ꝛ romā miſſus fuit.ꝑ/
ſecutiōis ſue rabiē in Jacobū ꝯuerterūt.cō
tra eū occaſionē q̄rētes. Jō ad eū ꝯuenerūt
dicētes. Oramus te vt reuoces ꝑpl'm.q2 ipſe
errat in ihū putās ꝙ ipſe ſit xp̄s.depcamur g̃
te vt ſuadeas oībꝫ ꝯueniētibꝫ in die paſce de
ihū. Tibi em̄ obtēperabim⁹ oēs. ꝛ de te tam
nos q̄ꝫ ꝑpl'us teſtimoniū ferim⁹.q2 iuſt⁹ es. ꝛ
ꝑſonā nulli⁹ accipis. Statuerunt illū g̃ ſuꝑ
pinnā tēpli.ꝛ voce magna clamātes dixerūt.
Viroꝝ iuſtiſſime cui oēs obtemꝑare dēm⁹.
annūcia nob̄ q̄d tibi videt̄ de ihū. Tūc Ja/
cobꝫ cū ingēti voce r̄ndit. Quid me int̄roga
tis de filio hoīs. Ecce ipſe ſedet ī celis a dex/
tris dei.ventur⁹ iudicare viuos ꝛ mortuos.
Hoc audiētes xp̄iani gauiſi ſūt valde. Pha
riſei aūt ꝛ ſcribe dixerunt. Male fecim⁹ tale
teſtimoniū ꝑſtare ihū. Aſcēdam⁹ et ꝑcipite/
m⁹ eū deorſū.ꝛ clamauerūt dicētes.o.o.ꝛ iu
ſtus errauit.ꝛ ꝑcipitauerūt eū ꝛ lapidibꝫ ob
ruebāt eū dicētes. Lapidem⁹ Jacobū iuſtū
Qui deiect⁹ nō ſolū mori nō potuit ſ3 ꝯuer/
ſus et ſuꝑ genua ꝓcūbens orabat di. Rogo
dn̄e dimitte eiſ q2 neſciūt q̄d faciūt. Tūc vn⁹
ex ipis perticā fullonis arripiēs valido ictu
caput ei⁹ īpetijt ꝛ cerebrū excuſſit taliq3 mar
tyrio migrauit ad dn̄m. ¶ Nona cōcluſio ꝙ
refert Joſephus ꝙ ꝓpt̄ pctm̄ mortis Jacobi
iuſti factū ē excidiū hierl'm ꝛ diſpſio iudeoꝝ
ſ3 nō ſolū ob mortē Jacobi ſ3 etiā ob mortez
dn̄i ꝑcipue h̄ deſtructio facta ē ſm ꝙ dn̄s dt
in euāgelio. Lu.xix. Nō relinquēt ī te lapidē
ſuꝑ lapidē.eo ꝙ nō cog̃ueris tp̄s viſitatiois
tue. Tyt⁹ em̄ fili⁹ veſpaſiani imꝑatoris hie/
ruſalē cepit ꝛ captā ſubuertit tēpluq3 fundi/
tus deſtruxit. Et ſic iudei xp̄m.xxx.denarijs
emerūt.ſic ꝛ ipſe vno denario.xxx. iudeos vē
didit.vt narrat Joſeph⁹. Nonagita ſeptē mi
lia iudeoꝝ vēditi ſūt ꝛ vndecies centena mi/
lia fame ꝛ gladio perierūt.

¶ De inuētione ſancte crucis Sermo.

Mihi abſit gloria/
ri niſi ī cruce dn̄i nr̄i ihū xp̄i. Ver/
bū iſtud habet̄ textualit̄ Gal'.vj. Et
officiat̄ in epl'a hodierna. Solēnitas iſta et
feſtū p̄ns d2 inuētio ſcē crucis. q2 btā Hele/
na mr̄ Cōſtātini imꝑatoris cū m'ltis mira/
culis iuenit crucē dn̄i nr̄i ihū xp̄i quā iudei
abſcōderūt. De h̄ etiā erit ſmo nr̄. Si placet
deo habebim⁹ bonas doctrīas ad intellect⁹
illumīatione.vite ordinatiō3.ꝛ aīaꝝ nr̄aꝝ cō
ſolatiōez.ſ3 ꝑmo ſalutet̄ ꝟgo maria. Jn p̄nti
ſmōe intēdo ꝑtractare ꝟbū ꝓpoſitū triplicit̄.

¶ Primo in ꝑſona xp̄i in cruce patiētis.

¶ Secūdo in ꝑſona beate Helene crucem
requirentis.

¶ Tertio ī ꝑſona cuiuſlibꝫ hoīs ꝟe credētis
De ꝑmo ꝑtractādo ꝟbū in ꝑſona xp̄i ī cruce
patiētis dic ipſe xp̄s. Mihi abſit.ſ. ꝙ veniam
ad gloriā reſurrectiōis corꝑis niſi ꝑ crucem
Jnuenit̄ eī clare ī ſacra ſcptura ꝙ xp̄s m'lto/
tiēs fuit in ꝑiculo mortis int̄ iudeos.ꝛ diuer
ſimode fuit ei⁹ mors intētata.ſ3 null⁹ ali⁹ mo
dus moriendi placuit ſibi niſi in cruce.alios
modos moriēdi vitauit fugiēdo vl' alit̄. S3
ad mortē crucis venit g̃tis ipſemet d̄ galilea
in hierl'm. ¶ Primo quidē fuit in ꝑiculo mori
endi ſtatī q̄n fuit nat⁹. Tūc em̄ regebat He/
rodes alienigena. Qui fauore īꝑatorꝫ roma
ni obtinuit regimē iudeoꝝ q̄ audiēs natiui/
tatē regis iudeoꝝ a regibꝫ oriētis.ꝛ locū nati
uitatis a rabinis iudeoꝝ voluit xp̄m occide
re.ꝓpt̄ qd̄ miſit hoīes armoꝝ vt occidet oēs
pueros ciuitatꝫ bethleē ꝛ ei⁹ attinētijs. et ita
factū eſt. S3 angel⁹ dn̄i apparuit Joſeph di
cēs ꝙ fugeret in egyptū cū puero ꝛ mr̄e ei⁹ ꝛ
ſic euaſit xp̄s.et fuit ꝯpleta ꝓphia Job.j. Pue
ros ꝑcuſſerūt gladio.ꝛ euaſi ego ſol⁹. Querit̄
q̄re iſta mors n̄ placuit ſibi. Rn̄ſio moral'.ad
inſtruēdū nos vt vitem⁹ mortē gladij ſp̄ūalis
ſc3 excōicatiōis. Legit̄ ꝙ ī paſſiōe ſol⁹ Petr⁹
portabat gladiū. Symon petr⁹ hn̄s gladiū
eduxit eū.ꝛ ꝑcuſſit pōtificis ſeruū ꝛ abſcidit
auriculā ei⁹ dextrā. Jo.xviij. Nō q̄re ſol⁹ ſan
ctus Petr⁹ portabat gladiū. quia ſol⁹ papa
vel p̄latus habet gladiū ſn̄ie excōmunicatio
nis. Jſte gladi⁹ multū eſt timēd⁹ ꝛ cauēdus

Sicut em̄ gladiꝰ materialis ſcindēdo diui/
dit mēbrū a corꝑe. ita gladiꝰ excōicatiōis di
uidit ⁊ ſcindit hoīem q̄ eſt mēbrū myſticū ec/
cleſie a corꝑe eccl'ie. intm̄ ꝙ ſi in eccl'ia darē
mihi optio q̄d vellē ampliꝰ. vl' ꝑdere digitū.
vl' ſtare ī excōicatōe. potiꝰ vellē ꝑdere digitū
etiā manꝰ ⁊ pedes ⁊c̄. q̄z eſſe excōicatū ꝑ me/
diā horā. xj. q. iij. oīs. Nihil dʒ formidare xp̄i
anus q̄z ſeꝑari a corꝑe xp̄i. Si em̄ ſeꝑat a cor
pore eiꝰ. nō eſt mēbrū eiꝰ. ⁊ ſi nō eſt mēbrū eiꝰ
nō vegetat ſp̄ū eiꝰ. Uide ibi pulchra. c. abſit.
de excōicatiōe. Dicatur miraculū de arbore
nucū. Ecce rō q̄re xp̄s noluit mori ꝺ gladio
vt nos vitemꝰ gladiū ſp̄ūalē. q̄ ferit qn̄ dicit.
denūciamꝰ talē excōmunicatū eſſe ⁊c̄. Fugi
te ḡ a facie gladij. qm̄ vltor iniq̄tatū eſt gla/
diꝰ. Job. xix. Fugit hō facie gladij qn̄ ponit
ſe in rōne. q̄ ſtatim hō inuenit abſolutionē.
Nullus dicat. ita bn̄ comedo bibo ⁊ dormio
ſic ante excōicationē. comedo panē ⁊c̄. ſed nō
comedit aīa. q̄ꝺ eſt peiꝰ. ¶ Secūdo xp̄s fuit
in ꝑiculo moriēdi p̄cipitatꝰ. vt recitat Luce
iiij. Chriſtꝰ em̄ natꝰ fuit in ciuitate bethleē. ⁊
fuit nutritꝰ in ciuitate nazareth. Jdo dr̄ ih̄s
de nazareth. Et incepit p̄dicare et miracula
facere ī ciuitate capharnaū. Tūc iudei dixe/
runt. Quāta audiuimꝰ de re facta ī caphar/
naū. fac ⁊ hic in patria tua. Luce. iiij. Rn̄dit
eis xp̄s ī ſnīa ꝙ nō merebant. q̄ nō credebāt
ī eū. imo deſpiciebāt eū. dicēdo. Nōne hic ē
filiꝰ fabri. ⁊ illiꝰ mulieris marie. Et repleti ſūt
oēs ira. ⁊ ſurrexerūt. ⁊ eiecerūt eū extra ciui
tatē. ⁊ duxerūt eū vſq̄ʒ ad ſuꝑciliū mōtis ſuꝑ
quē ciuitas illa erat edificata vt p̄cipitarent
eū. Jpſe ꝟo reddidit ſe inuiſibilē eis q̄ dice/
bant ꝑquirēdo eū. ⁊ vbi eſt. Jh̄s aūt trāſiēs
ꝑ mediū illoꝝ ibat. Lu. iiij. Quare noluit ſic
mori. q̄ ſi voluiſſet ꝑ iſtā mortē etiā ſaluaſſet
totū mundū. Rō quare noluit ſic mori vt da
ret nobis inſtructionē vitādi mortē p̄cipicij
q̄ fit ex peccato ſuꝑbie. Qn̄ em̄ demon vult
aliquē p̄cipitare in inferno. ꝓmo facit eū aſcē
dere in ſuꝑcilio mōtis ſuꝑbie. Uerbi grā. ꝓ/
mo de religioſis. qn̄ em̄ religioſus viuit de/
uote ī clauſtro. ſeruādo regulā ⁊ ꝯſtitutiōes
talis via plana vadit ad ꝑadiſum. ſʒ dyabo/
lus volēs ip̄m p̄cipitare in inferno ponit in
corde ſuo hāc imaginationē dicēſ. Quare tu
nō vadis ad ſtudiū. et forte eſſes magiſter in
theologia. ⁊ poſt ꝯfeſſor regis. deinde ep̄us.
⁊ ſic dimittit deuotionem ⁊ obſeruātias ⁊c̄.
Et qn̄ eſt alte ī ſuꝑcilio mōtis p̄cipitat ī in/
fernū. de quo dicit Dauid dyabolo. Deieci/
ſti eos dū alleuarent. ps. lxxij. Jdē de ſimpli
ci clerico qn̄ habet ꝑuū bn̄ficiū. non curat ꝺ
concubina. q̄ nō poſſet ꝓuidere ſibi ⁊ filijs.
nec dat amicis. O dicit dyabolꝰ. Ego faciā
te aſcēdere. ponit in corde ſuo vt ponat ſe cū
magnis dn̄is vt cuʒ eis habeat bn̄ficia ⁊c̄. et
qn̄ ſunt alte p̄cipitant a dyabolo. Deiceciſti
eos ⁊c̄. Jdē de vob laicis qn̄ mechanicꝰ vel
laborator viuit ſimpl'r de ſuo labore vl' offi/
cio vadit recte ad ꝑadiſuʒ ꝑ viā planā. ſʒ dya
bolꝰ ponit ſe ī corde ſuo dicēs. q̄re tu nō ēēs
in ꝯſilio ⁊ in officijs ville vt talis ⁊c̄. ⁊ qn̄ ſūt
tūc nihil aliud q̄rūt q̄z lucrū tp̄ale. Deiceciſti
eos ⁊c̄. Jdē ꝺ mulieribꝫ. qn̄ em̄ mulier viuit
ſimpliciť. curat de domo de filijs. diligit vi/
rū ſuū ⁊ obedit ei in oībꝫ licitis ⁊ honeſtis. ta
lis mulier recte vadit ad ꝑadiſum. ſʒ dyabo/
lus ponit ī corde ſuo vt ſit dn̄a. quomō poſſit
ſuppeditare virū. ⁊ ꝙ nihil faciat niſi ip̄a ordi
nabit. dicēs. q̄re ego nō faciā vt talis facit. et
q̄re nō ibo vt talis ſic induta ⁊c̄. O quot mo
riunt p̄cipitati. Jō dic̄ Job in ꝑſona p̄cipi/
tati dyabolo. Eleuaſti me ⁊ q̄ſi ſuꝑ ventū po
nens eliſiſti me valide. Scio ꝙ morti trades
me. Job. xxx. Ecce rō quare xp̄s noluit mori
p̄cipitatꝰ. ¶ Tertio fuit in ꝑiculo moriēdi la
pidatꝰ. vt narrat a Johē euāgeliſta. viij. ⁊. x.
ca. Cuʒ em̄ xp̄s p̄dicaret iudeis de ſua diui/
nitate dicēs. Amē dico vobis. Si q̄s ſmo/
nem meū ſuabit. ſ. legē euangelicā. mortē nō
videbit in eternū. Joh̄. viij. Cui dixerūt iu/
dei. Quē teip̄m facis. Nūquid tu maior es
patre noſtro abraā. q̄ mortuꝰ eſt. ⁊ ꝓph̄e mor
tui ſunt. ⁊ tu dicis. Si q̄s ſermonē meū ⁊c̄.
Rn̄dit ih̄s. Amē dico vobis. anteq̄z Abrahā
fieret ego ſum. Tunc iudei dixerunt moriat
Tulerūt lapides vt iacerēt in eū. dic̄ Johēs
Jh̄s aūt abſcōdit ſe. ⁊ exiuit de tēplo. Qua/
re noluit mori iſta morte Rn̄deo ꝙ ad inſtru
ctionē noſtrā ex pctō auaricie. Auarꝰ em̄ eſt
vt lapis durꝰ ⁊ frigidꝰ. nullā hn̄s pietatē pri
mo indigēti. De auaro dicit Job. Cor eiꝰ in
durabit quaſi lapis Job. xlj. Auari ḡ mori/
unt lapidati. Tot lapidibꝫ ꝑcutiunt q̄t ſunt
modi auaricie. Primꝰ lapis eſt ꝓmus modꝰ
auaricie q̄ dr̄ rapina. Jſto lapide p̄cutiūtur
dn̄i tp̄ales a dyabolo qn̄ nō ſunt ꝯtēti ꝺ ſuis
redditibus. q̄ nō ſufficiūt. tot ſūt vanitates
quas faciūt. et ꝑquirūt modos varios ⁊c̄. ꝓ
ſuos vaſallos. ¶ Secūdus lapis dr̄ ſymo/
nia. Jſto lapide ꝑcutiuntur prelati clerici et

religioſi q̄ neſciūt dare bñficia nec miſtrare
ſacra niſi cū pecunijs ꝛc̄. totū oportet emere
¶ Terti⁹ lapis dr̄ vſura. Antiqt⁹ ſoli iudei la
pidabanť iſto lapide. ſ3 mō ꝛ xp̄iani ſi p̄ſtent
aliq̄d alicui. ſtati dicūt. vos dabitꝭ mihi tm̄.
vſura eſt ꝛ dānatio. q2 p̄ p̄ſtare nec etiā papa
poſſet aliq̄d recipe ſine pctō. O q̄t lapidanť
iſto lapide. Idē ſi bñt aliq̄d vēdere ad ſperā
volūt ampli⁹ ꝓpť expectatiōꝫ. vſura ē. Ide3 ſi
p̄ſtāt ſup̄ poſſeſſiōes recipiūt fruct⁹. vſura ē.
Ide3 ſi p̄ mutuo obligāt libertatē alteri⁹ ad
cauandū vľ molendū in ſuo molēdino. Si
ḡ vis cēſualia. ſit ꝟa emptio ꝛ ꝟa vēditio. ꝛ p̄
ciū ſit iuſtū. Aliť autē quouis mō q̄s capiat
pecuniā vel aliq̄d equalēs vltra ſortē. vſura
eſt ꝛ aiaꝝ dānatio. vt p3. xiiij. q. iij. putāt. imo
ſola ſpes vſurariū facit. xiiij. q. iij. ſi mutuo.
¶ Quart⁹ lapis ē fraus male vendendo vel
male emēdo. Iſto lapide lapidanť mercato
res. tabernarij. hoſpitalarij ꝛ hmōi. ¶ Qui
tus lapis ē calūnia. Iſto lapide lapidanť iu
riſte. aduocati. iudices. p̄curatores ꝛ notarij
q̄ calūnioſe dilatāt q̄ſtiōes. faciūt ꝙ durāt li
tes q̄diu ſentiūt pecunias ꝛc̄. ¶ Sextus la
pis ē q̄ dr̄ detētio Iſto lapide lapidanť q̄ de
tinēt ſibi ſolidatā ſeruoꝝ ancillaꝝ decimas ꝛ
p̄mitias et legata defunctoꝝ. nō cōplēdo te
ſtamēta. Itē illi q̄ detinēt illud qd̄ inuenerť.
Ecce q̄t lapides p̄ijcit dyabol⁹ ꝯ hoīes. Iō
xp̄s noluit mori lapidat⁹. Iō dr̄ ſcp̄tura. In
via ruine. ſ. auaricie nō eas et nō offendes in
lapides. nec credas te vie laborioſe ne pones
aīe tue ſcandalū. Eccī. xxxij. ¶ Quarto fuit i
p̄iculo moriēdi ītoxicat⁹ ſeu potionat⁹. Ipe
em̄ venit paup̄ in h̄ mōo. iuxta ꝓphiaꝫ Zach.
ix. Exulta ſatis filia ſyon. iubila filia hierl'm.
Ecce rex tu⁹ venit tibi iuſtus ꝛ ſaluator. ipſe
paup̄. Et intm̄ tenuit vitā pauperē in h̄ mōo
ꝙ nō hēbat domū nec camerā poſt ſermonē
ſ3 inuitabať ab aliq̄ ꝛc̄. Iudei ꝟo inimici ſui
vidētes ꝙ eū nō poterāt occidere nec p̄cipi
tādo nec lapidādo voluerūt ip̄m potionare
ſecrete. ꝛ inuitabāt eū ad prandiū. ꝛ poteſtis
cogitare ſi faciebāt ſibi ſalſam de arſenico ſ b
limato potionādo vinū vel aliud. De h̄ pro
phetia i p̄ſona xp̄i dicit. Tu dn̄e demōſtraſti
mihi ꝛ cognoui. tu oñdiſti mihi ſtudia eoꝝ.
cogitauerūt ꝯ me cōſilia dicētes. Mittam⁹
lignū in panē ei⁹ et eradam⁹ eū de tr̄a viuē
tiū. ꝛ nomē ei⁹ nō memoreť ampli⁹. Iere. xj.
S3 xp̄s q̄ oia ſciebat nolebat comedere d̄ ci
bo venenato. q̄re noluit mori iſta morte ꝛc̄.

R̄nſio ad inſtruēdū nos vt vitem⁹ mortē poti
onatā ex peccato luxurie. Qui em̄ vult aliu3
potionare cōiter ponit venenū in cibo dulci
ꝛ delectabili. Ita facit demon. Cibꝰ dulcis ꝛ
delectabilis videť luxuria ꝛc̄. ſ3 ibi ē venenū
peccati qd̄ aiā3 occidit. Cibꝰ ē venenat⁹. niſi
fiet inť virū ꝛ vxorē ꝟuando modū ꝛc̄. Iob.
Nūquid poterit aliq̄s guſtare qd̄ guſtatum
affert mortē Iob. vj. q. d. nō. Null⁹ quātūcū
ꝙ eſuriret vel ſitiret comederet cibū quē ſci
ret venenatū eē. Iō dic̄. nūq̄d poterit ꝛc̄. Et
tu luxurioſe comedis d̄ illo cibo quē ſcis ve
nenatū veneno pcti mortalis. niſi ſis infide
lis. ¶ Quito fuit i p̄iculo moriēdi p̄ crucem
ſeu crucifix⁹. S3 iſte mod⁹ moriendi placuit
ſibi ꝛ acceptauit. Vidētes iudei ꝙ n̄ poterāt
ip̄m occidere p̄cipitat⁹. lapidat⁹. nec potio
nat⁹. dixerūt. moriať crucifix⁹ vel crucifica
tus. ꝛ parauerūt crucē. Et tūc xp̄s p̄dicabat
in illa p̄uincia. ſ. galilee ꝛ ſciēs ꝙ iā iudei pa
rauerūt crucē. dixit diſcipulꝭ ſuis. Ecce aſcē
dim⁹ hieroſolymā ꝛ fili⁹ hoīs tradeť p̄ncipi
bus ſacerdotū. ꝛ ꝯdemnabunt eū morte ꝛc̄.
Math. xx. Ita ꝙ nō violēter ſ3 gratis venit
ad mortē crucis. Et data ſnīa a Pylato. nō
appellauit nec ſe excuſauit. ſ3 dic̄ Ioh. ꝙ ba
iulans ſibi crucē exiuit in eū q̄ dr̄ caluarie lo
cus. Ioh. xix. Quare iſte mod⁹ moriendi pre
alijs placuit ſibi. R̄ndeo. iā ſcitis ꝙ totū ma
lū tam aiaꝝ vt pctm̄ ignorātie. inclinatōnes
male. q̄3 etiā corpoꝝ vt infirmitates. dolores
labores et finaliť mors. totū h̄ venit ex pctō
ade ꝛ eue. quare pctm̄ venit ex receptiōe illi⁹
fruct⁹ vetiti. Chriſt⁹ ḡ q̄ venit ad reparandū
oia mala tam aiaꝝ q̄3 corpoꝝ. Ipe em̄ eſt ille
fruct⁹ de q̄ dr̄ ꝟgini Marie. B̄ndict⁹ fruct⁹
vētris tui. reuerſus eſt fruct⁹ ad arborē. q̄re
dicūt hiſtorie grecoꝝ antiq̄ ꝙ arbor crucis
erat de illo met ligno de q̄ adā recepit fructū
Iō qñ xp̄s fuit in arbore crucis tūc fructus
fuit in arbore reſtitut⁹. et rep̄auit oia mala q̄
ex pctō ade fuerāt ſecuta ſeruādo ordinē. q̄a
ſic mala aīe venerūt p̄mo. deinde mala cor
poris. Sic xp̄s rep̄ando p̄io recup̄auit ma
la aiaꝝ dādo remedia p̄ baptiſmū ex q̄ remit
tunť oia pctā. ꝛ rep̄auit ſciam denūciādo no
bis glīā p̄adiſi. Qñ aūt redibit cito ꝛ bñ cito
ad iudiciū generale ꝛ tūc rep̄abit mala cor
porū. q2 tūc reſurgem⁹ impaſſibiles ꝛ imorta
les ꝛc̄. Ecce rōem q̄re voluit mori i cruce. Et
de h̄ habeť figura Nume. xxj. de ſerpēte eneo
ſuſpēſo i patibulo qd̄ totū figura fuit paſſio

nis xpi ex q̄ nos ſumꝰ ſaluati. Ergo dicit̄ in
euāgelio. Sic moyſes exaltauit ſerpentē in
deſerto. ita exaltari opꝫ filiū hoīs. ſ. in cru/
ce vt oīs q̄ credit in ipm nō pereat ſꝫ habeat vi
tā eternā. Joh. iij. Jō dixit aplꝰs. Mihi ab
ſit gl'iari niſi in cruce dn̄i nr̄i ih̄u xpi in q̄ eſt
ſalꝰ vita ꝛ reſurrectio. ¶ Quātū ad ſecundū
h̄ verbū ptractabit̄ in pſona de ſcā Helena
crucē req̄rētis. Nā poſt xpi paſſionē reſurre/
ctionē ꝛ aſcēſionē ſancta crux faciebat infini
ta miracl'a. ex q̄bꝫ m'lti ꝯuertebāt̄ ad fidē xpi
O dixerunt iudei. Jſta crux deſtrueret nos.
iō abſcōdat̄ ne a xpianis inueniat̄. et foderūt
in mōte caluarie q̄ſi. xx. paſſus ſub terra ꝛ ibi
abſcōderūt ſanctā crucē. vbi fuit abſcōdita
p annos. cc. et vltra. quouſqꝫ illa ſcā mulier
Helena mr̄ Cōſtātini imꝑatoris ipam inue
nit. q̄ nouit̄ fuit ad fidē ꝯuerſa ex multꝫ mira
culis ſibi factis. ꝓpter qḋ illa ſancta m'lier ve/
nit hierl'm ad inq̄rendū crucē xpi. q̄ oēs iude
os ſapientes corā ſe vocauit. Cū aūt regina
interrogaſſet de cruce ꝛ de loco vbi fuerat do
minꝰ crucifixꝰ. ꝛ illi nullatenꝰ indicare vellēt
iuſſit oēs igne cremari. Ac illi timētes tradi
derūt iudā dicētes. Hic oīa q̄ queris indica
bit tibi. Jſte eīm totū ſcit. Ad quē regina ait.
Per crucifixū fame te pimā niſi mihi dixerꝫ
veritatē. Jpm igit̄ in puteū ſiccū iuſſit ꝓijci.
ꝛ ibidē moleſtia famis cruciari. Cū g̊ die ſe/
ptima inde extractꝰ ꝛ ad locū vbi ſācta crux
erat veniſſet ꝛ oraſſet. locꝰ ſubito cōmouet̄ ꝛ
fumꝰ aromatū miri odoris ſentit̄. Jta vt mi
raret̄ iudas. ꝛ diceret manibꝫ iūctis. Jn ve/
ritate xpe tu es ſaluator mūdi. Et p̄cingēs ſe
viriliť icepit fodere. et. xx. paſſus fodiēs tres
cruces abſcōditas repit. Cum aūt crucē ab
alijs diſcernere neſcirēt. poſuerūt eas ī me/
dio ciuitatis ꝛ cū circa horā nonā q̄dā iuue
nis mortuꝰ deferret̄. iudas feretrū tenuit et
p̄mā ꝛ ſecūdā crucē ſuꝑ corpus defuncti po
ſuit. ſꝫ nequaq̄ȝ ille ſurrexit. apponēs aūt ter/
tiā. defunctꝰ redijt ad vitā. Et multa alia mi
racula circa infirmos fuerunt ibidem facta.
Dyabolꝰ aūt ī aere vociferādo clamabat di.
O iuda q̄d feciſti. Jude meo ꝯ̄ria opatꝰ es.
Nā ille me ſuadēte fecit ꝓditiōeꝫ. ꝛ tu me re/
nuēte crucē xpi iueniſti. Per illū multoꝝ lu/
cratꝰ ſū aīas. p te videor pdere iam lucratas
Per illū regnabā in ꝓpl'o. p te iā expellor a re
gno. R̄ndit iudas. Xp̄s te dānet in abyſſum
ignis eterni. Et baptiſatꝰ ē. Et m'lti iudeoꝝ
viſis tot miraculis ꝯuerſi ſunt ꝛ baptiſati in

gloriā dei. De iſta inuētiōe fit hodie feſtū. et
potuit tūc dicere btā Helena. Mihi aūt ab
ſit gl'iari niſi ī cruce dn̄i nr̄i ih̄u xpi. ¶ Dicat̄
h̄ quāta fuerit virtꝰ crucis ad curandū oīs
infirmitates. ꝛ hodierna die eſt. niſi obſtet q̄
ſanitas corpis eēt aīe nociua. q2 deꝰ nō ē oc/
caſio pcti. Multꝫ eſt meliꝰ p aīa q̄ ſint infir
mi q̄ȝ ſi eſſent ſani. Nō g̊ recurratꝫ ad demo/
nes vl' ad ꝯiuratores. ſꝫ ponatꝫ ſuꝑ infirmi/
tatē emplaſtrū crucꝫ xpi cū noīe ih̄u cū calo
re deuotiōis ꝛ ſuauitatꝫ. tāta eſt virtꝰ crucis
xpi q̄ habebis ſanitatē. Jō cantat̄ mō. Sal
ue crux ſancta. ſalue mūdi gl'ia. vera ſpes nr̄a.
vera ferēs gaudia. ſignū ſalutꝫ. ſalꝰ ī piculis.
Virtꝰ crucis etiā apud infideles maxie per
oīa cōprobat̄. Nā refert Gregꝰ. in li. iij. dyalo
goꝝ. q̄ quadā die quidā iudeꝰ romā veniēs.
ꝛ declinata eēt iā dies ꝛ vbi remanere poſſet
minime repiſſet. in quodā tēplo idoloꝝ ad dor
miēdū ſe ꝯtulit. Qui ipiꝰ loci ſacrilegiū pti/
meſcēs. q̄uis fidē xpi nō hr̄et. cū ſigno crucꝫ
ſe munire curauit. Nocte āt media euigilās
vidit malignoꝝ ſpirituū multitudinē et ſa/
thanā ſedentē. ꝛ oēs ei aſſiſtētes. Et veniēs
vnꝰ de malignis ſpiritibꝫ adorauit eūꝫ. Cui
ille. Vn̄ venis. Et ille. Jn tali ꝓuincia fui et
bella plurima cōcitaui. Nota bn̄ in legenda
vſqꝫ ibi. Vas vacuū ſꝫ ſignatū. Ad hāc vocē
illa malignoꝝ turba diſpuit. Judeꝰ autē ad
epm venit. ꝛ ei oīa p ordinē enarrauit. ꝛ bap
tiſmū ſuſcepit. ¶ Quātū ad tertiū. v̄bū poſi
tū ptractabit̄ ī pſona cuiuſlibꝫ hoīs v̄e cre/
dētis. Nā gl'iā quā nos ſperamꝰ ī celo hēmꝰ
p xpi crucē. q2 in illa paſſus ē. iō nullꝰ añ xpi
paſſionē intrauit celū. ſꝫ ibat vel ad infernū
vel ad locū purgādoꝝ vel ad locū puuloꝝ ſi
ue lymbū vel ſinū pfectorū q̄ dr̄ ſinꝰ abrahe.
Dicat̄ quō infernꝰ ē in corde tr̄e vbi ſunt do
mūcule vt ī corde pomi. Jn ſinu g̊ abrae ibāt
aīe ſctōꝝ. p̄ma fuit Abel ꝛc̄. ꝛ ibi expectabāt
xpm q̄ extraxit eos inde qn̄ ſurrexit a mortu
is. De h̄ ꝓpha Zach. ix. Tu q̄ȝ ī ſanguie teſta
mēti tui eduxiſti vinctos d̄ lacu in q̄ nō erat
aq̄. Mō aūt ex quo xpianꝰ fit credēs in xpm
ꝛ eſt ei obediēs qn̄ morit̄ iā inuenit portā pa
radiſi aptā in v̄tute crucis. Crux xpi clauis
eſt paradiſi dicit Rabanꝰ. ſꝫ requirit̄ creden/
tia ꝛ obediētia. ꝛ ſic vadimꝰ ad gl'iam padiſi.
quā p crucē habemꝰ. Jō dicimus mō. Nos
aūt gloriari oportet in cruce dn̄i nr̄i ih̄u xpi.
in quo eſt ſalus vita ꝛ reſurrectio nr̄a. p quē
ſaluati ꝛ liberati ſumus.

¶ De ſancta cruce iterũ ſermo.

Euacuatũ eſt ſcan

dalũ crucis. ad Gal. v. Hic decla/
ret q̃d eſt ſcãdalũ vulgarit. Scan/
dalũ em̃ eſt vocabulũ grecũ. ⁊ in lingua nr̃a
vulgari idẽ eſt qḋ ĩpingere vel ledere vel cade
re. verbi gr̃a. qñ aliq̃s vadit p ſuã viã ⁊ nõ aui
ſando ſe ĩpingit in lapide vel alio ligno. h̄ dr̄
ſcãdalũ. Vñ dic̄ beat⁹ Tho. ſcḋa ſcḋe. q. xliij.
ar. j. q ſcãdalũ eſt dictũ vel factũ p̃bẽs alteri
occaſiõez ruine. Et h̄ ibidẽ pulchre declarat
p ſil̄itudinẽ obicis. vide ibidẽ. ¶ Idẽ ſpũal̄r
qñ aliq̃s incepit bonã vitã vel ĩ religiõe vel ĩ
militia vel ĩ ſtatu clericali vel ĩ ſtatu ſeculari.
cauete ne ĩpingatis p familiaritates vel al̄s.
q̃t hoĩes q̃t mulieres q̃t vidue ⁊c̄. vadũt deuo/
te ad p̄adiſum p viã bone vite. ſʒ poſt modi/
cũ impingũt ⁊ frãgũt ſibi collũ peccãdo mor
talit. Jḋ dic̄ ſcp̄tura. In via ruine. i. p̄iculo/
ſa in occaſiõe peccãdi. nõ eas. ⁊ nõ offendes ĩ
lapides. nec credas te vie laborioſe ne ponas
ſie tue ſcandalũ. Eccl. xxxij. Nõ ad p̄poſitũ.
In ſacra ſcriptura inuenit̄ triplex ſcandalũ
ſiue occaſio peccandi ꝯ crucẽ xp̄i. Primũ eſt
diſcipuloꝝ adherentiũ. ⁊ h̄ veniebat ex igno/
rantia. Secũdũ eſt hoĩm delinquẽtiũ. ⁊ hoc
veniebat ex malicia. Tertiũ eſt p̄ſonaꝝ non
credẽtiũ ⁊ h̄ veit ex cordis duricia. Sʒ q̃dli
bʒ iſtoꝝ fuit euacuatũ Primũ fuit euacuatũ
per xp̄i gl̄ioſam reſurrectionẽ. Secũdũ fuit
euacuatũ p celi lumĩoſam ap̄itionẽ. Tertiũ
p crucis xp̄i miraculoſã inuẽtionẽ. Jḋ dicit
thema. Euacuatũ ẽ ſcãdalũ crucis p̄mũ ſe/
cũdũ ⁊ tertiũ. ¶ Dico p̄mo q p̄mũ ſcandalũ
ſeu occaſio cadẽdi in pctm̃ ẽ diſcipuloꝝ ad/
herẽtiũ. ſ. apl̄oꝝ ⁊ alioꝝ. ⁊ h̄ veniebat ex igno
rãtia. Añ xp̄i paſſionẽ ⁊ reſurrectionẽ oẽs
diſcipuli valde ſcandaliſabant̄ de cruce xp̄i
intm̃ q nõ poſſent patient̄ audire nec credere
q xp̄s obiret in cruce. Vñ cum ſel̄ xp̄s dice/
ret eis q oportebat eũ ire hierl̄m ⁊ ibi multa
pati a ſenioribꝫ ⁊ ſcribis ⁊ p̄ncipibꝫ ſacerdo/
tũ. ⁊ occidi in cruce. ⁊ tertia die reſurgere. qñ
diſcipuli audierũt talia ſcãdaliſati ſũt. intm̃
q Petr⁹ aſſumẽs ihm cepit increpare eũ di.
Abſit a te dñe nõ erit tibi h̄. Qui ꝯuerſus di
xit Petro. Uade poſt me ſathana. ſcãdalum
mihi es. q̃a nõ ſapis ea q̃ dei ſũt. ſʒ ea q̃ hoĩm
Math. xvj. Nota. Uade poſt me ſathana. i.
aduerſari⁹. ſcandalũ mihi es. q̄ nõ ſapis ea.
ſupple. ꝯſilia q̃ dei ſunt. ſed ea q̃ hoĩm. ¶ Pro
hui⁹ declaratiõe nota ſil̄itudinẽ qñ aliq̃ ciui
tas ab inimicis obſeſſa cui⁹ rex ẽ potẽtiſſim⁹
ab hoĩbꝫ ciuitatꝭ dat̄ ꝯſiliũ regi vt p potẽtiã
⁊ violentiã liberaret ciuitatẽ. dicẽdo. ex quo
vos dñe eſtis potẽs liberate ciuitatẽ ⁊ gentẽ
veſtrã p potẽtiã. ecce ꝯſiliũ hoĩm. ſʒ ꝯſiliũ dĩ
eſt ad oppoſitũ. Nã lʒ xp̄s ver⁹ rex et meſſias
eſſet ſũme potens ad liberandũ ciuitatẽ ge/
neris hũani p potẽtiã ⁊ violentiã. tñ noluit ſʒ
p hũilitatẽ ⁊ patiaʒ ⁊ iuſticiã ſatiſfaciẽdo p̄ri
voluit libare ⁊ ipaʒ redimere. Iſtud ẽ ꝯſiliũ
dei. De h̄ p̄phia. Nõ em̃ cogitatiões mee co/
gitatiões vr̄e. neq̧ vie mee vie vr̄e. dic̄ dñs.
Quia ſic̄ exaltant̄ celi a terra. ſic exaltate ſũt
vie mee a vijs vr̄is. ⁊ cogitatiões mee a cogi
tatiõibꝫ vr̄is. Iſa. lv. q̄ g̃ petr⁹ ⁊ alij apl̄i ne/
ſciebãt ꝯſiliũ dei ſʒ hoĩm. iḋ errabãt. p̄pter qḋ
dixit xp̄s Petro. Neſcit̄ ea q̃ dei ſunt. Ideo
ſcandalũ apl̄oꝝ veniebat ex ignorãtia. Jḋo
dixit eis xp̄s ĩ nocte paſſiõis. Oẽs vos ſcan/
dalũ patiemi in me ĩ iſta nocte. Math. xxvj.
Et h̄ q̄ oẽs fugerũt qñ iuxta ꝯſiliũ dei xp̄s
p̄miſit ſe capi ⁊ ligari ⁊c̄. ⁊ p hũilitatẽ patien/
tiam ⁊ iuſticiã voluit mõm liberare. Jḋ qñ
diſcipuli videbãt crucẽ maledicebãt eã dicẽ/
do. o maledicta crux. Sʒ h̄ ſcãdalũ fuit eua
cuatũ p gl̄ioſam xp̄i reſurrectiõẓ. qñ xp̄s ap/
paruit eis. ⁊ aperuit illis ſenſum vt intellige
rent ſcp̄turas. Lu. vlt. Et intellexerũt fruct⁹
p̄uenĩẽtes ex cruce. ¶ Prim⁹ q̄ xp̄s ex paſſio
ne crucis aſſecut⁹ eſt gl̄iã corp̄is. ſ. impaſſibi
litatꝭ claritatẽ. agilitatẽ. ⁊ ſubtilitatẽ. ¶ Se/
cũdus fructus de liberatiõe ſanctorũ patrũ
de inferno. qḋ intelligẽtes apl̄i tũc bñdice/
bãt deo. ¶ Terti⁹ fruct⁹ de vniuerſali redẽ/
ptiõe q̄ ſoluit p̄ciũ ſupabũdans p oĩbꝫ. mul̄ti
nolũt exire captiuitatẽ. culpa eſt eoꝝ ⁊ nõ do
mini q̃ ſoluit. ¶ Quart⁹ fruct⁹ ẽ. q̄ ex paſſiõe
xp̄i ĩ cruce porta p̄adiſi fuit ap̄ta oĩbꝫ credẽti
bus q̃ ante fuerat clauſa oĩbꝫ generalit̄ vltra
q̃nq̧ milia ãnos. Poſtq̃ʒ aũt apl̄i intellexerũt
h̄ clare ſicut in die veneris ſancta et ſabbato
ſcãdaſati maledicebãt crucẽ in mõte calua/
rie fixã. ſʒ in die reſurrectõis illumiati ſuppli
citer eã adorabãt dicẽtes. Tuã crucẽ adora
mus dñe. tuã gl̄ioſam recolim⁹ paſſionem.
¶ Nota h̄ moralit̄ de adoratiõe ⁊ bñdictiõe
crucis. ¶ Secũdũ ſcãdalũ crucꝭ fuit hoĩm
delinquẽtiũ. ⁊ h̄ veniebat ex malicia. Antiq̃/
t⁹ em̃ crux erat ſuppliciũ et patibulũ malefa/
ctorũ ſicut mõ furca. vñ nimirũ ſi malefacto
res ſcãdaliſabant̄ maledicẽdo crucẽ. ſic mõ

latrones. homicide. et ꝓditores maledicunt
furcā et q̄ eā fecerūt ex malicia q̄ ꝑſeuerātin
pctis ſuis ⁊ timēt ſuſpendi. Ita erat tunc de
cruce qn̄ eā videbāt. Boni aūt nō timebant
h̄ ſcandalū. Jō dauid. Pax multa diligētibꝫ
legē tuā. ⁊ nō eſt illis ſcādalū. ps. cxviij. Sʒ
h̄ ſcandalū fuit euacuatū per celi lumioſam
apꝑitionē. Poſt xp̄i paſſionē p. ccc. annos in
roma erat quidā impator. ſ. Cōſtantinꝰ ante
ꝯuerſionē eñ erat infidel' ⁊ idolatra. tūc tpis
ꝑſida rebellauit ꝯ romanū imperiū. ⁊ ꝯgre/
gata ē iuxta danubiū fluuiū mltitudo innu/
merabilis barbaroꝝ volētes fluuiū trāſire ⁊
oēs regiōes vſqꝫ ad occidētem ſuo dominio
ſubiugare. Qð vt Cōſtātinꝰ impator cōpe/
rit. caſtra mouit ⁊ ꝯ danubiū ſe cū ſuo exerci
tu collocauit. Barbaroꝝ aūt creſcēte multi
tudine ⁊ iā fluuiū trāſeūte Cōſtātinꝰ nimio
terrore cōcutit̄. q2 nō poterat fugere. nec bn̄
ī tāta mltitudine ꝑliare. Sequēti igit̄ nocte
ab angelo excitat̄ ⁊ vt ſurſuʒ reſpiciat admo
net̄. Qui in celū aſpiciēs vidit ſignū crucis
ex clariſſimo lumie. et hūc titulū lrīs aureis
ſcriptū. In h̄ ſigno vinces. Qui celeſti viſio
ne ꝯfortatꝰ. ſilitudinē crucis fecit. ⁊ ipam añ
ſuū exercitū ferri iuſſit. irruenſqꝫ in hoſtes.
ipos in fugā vertit. et multitudinē maximā
interfecit. Tūc Cōſtātinꝰ oēs tēploꝝ ponti/
fices cōuocauit. ⁊ cuiꝰ h̄ ſignū eſſet diligētiꝰ
reqſiuit. Quibꝫ ſe neſcire dicētibꝫ. quidā xp̄i/
ani aduenerūt. ⁊ ei ſcē crucis myſteriū ⁊ fidē
trinitatis plenꝰ enarrarūt. Vidēs ḡ impa/
tor ꝙ ꝟtute ſcē crucis talem habuit victoriā.
dixit. ꝙ tā mirabile ſignū nō debebat eē ſup/
pliciū malefactoꝝ. Tūc fecit legē ꝑ totū mū
dū ꝙ ſignū crucis nō eſſet ſuppliciū ſʒ refu/
giū delinquētiū. Propt̄ h̄ de cetero crux xp̄i
fuit dilecta a delīqntibꝫ ⁊ malefactoribꝫ ⁊ ho
norata. ⁊ mādauit fieri furcas ad ſupplicium
malefactoꝝ. Ecce quō fuit euacuatū ſecūdū
ſcandalū crucis. et de cetero ſi malefactores
poterāt fugere ad tēplū dei ⁊ tenere ſe ad cru
cē liberabāt̄. Jō augꝰ. Crux q̄ erat ſuppliciū
latronū iā trāſijt ad frontes impatoꝝ. ¶ No.
hic moralit̄ de ꝯfidētia nr̄a i infirmitatibꝫ et
ꝯtra ꝑicula i cruce ponēda. q2 ſi impatori in
fideli victoriā cōtulit. q̄nto magis xp̄ianis ſi
habemꝰ in deo deuotionē ſalutē impetrabit
Vn̄de ſignare iuxta ꝓphiaʒ Cañ. viij. Sub
arbore malo ſuſcitaui te. Ibi corrupta ē ma
ter tua. Ibi violata eſt genitrix tua. Pone
me vt ſignaculū ſup cor tuū. vt ſignaculum
ſup brachiū tuū. Et loquit̄ eccl'ie xp̄iane. q̄ ē
filia ſynagoge. q2 ⁊ diſcipuli xp̄i q̄ eccl'iā ꝑmi
tiuā inceperūt filij erāt ſynagoge. Jðo deus
ꝑ os ſalomonis dic̄ eccl'ie. Sub arbore ma
li. ſ. crucis. q̄ fecit vnū pomū albū ⁊ rubicū/
dū. ſ. xp̄m. ſuſcitaui te. ſ. eccl'iā xp̄ianā. q̄a tūc
incepit. Ibi. ſ. in xp̄i paſſiōe corrupta eſt mat̄
tua. ſ. ſynagoga. crucifigēdo meſſiā. Jðo tu
pone me vt ſignaculū ſup cor tuū. vt ſignacu
lū ſup brachiū tuū. Oñdit modū ſignādi ec/
cleſie xp̄iane. ſʒ aliq̄ faciūt oppoſitū ſignātes
ſe ſup ventrē. faciētes crucē beati Petri que
neminē ſaluat. Fac ſup brachiū. ſ. de ſcapu/
la ad ſcapulā iſto mō. Si cū deuotiōe facit̄
crucē ipa liberabit vos ab oibꝫ ꝑiculis. Jðo
dic̄ eccl'ia. Salue crux ſctā. ſalue mūdi gl'ia.
¶ Tertiū ſcandalū eſt ꝑſonaꝝ nō credentiū
Et iſtud venit ex cordis duricia. Increduli
eñ vt iudei agareni ⁊ pagani ſcādaliſant̄ au
diētes ꝙ deꝰ fuit i cruce ſuſpēſus. cū tñ iudei
habeāt clare i ſuis libris ⁊ ꝓphetijs ꝙ meſſi/
as debebat i cruce pati. vt pʒ in ps. Hely he/
ly. i. deus deꝰ meꝰ reſpice. In q̄ dauid ꝓlixe
loquit̄ de xp̄i paſſiōe. Itē Iſa. liij. Dn̄e quis
credidit auditui nr̄o. ⁊ brachiū dn̄i cui reue/
latū eſt. Et aſcēdet ſic̄ virgultū corā eo. et ſic̄
radix de t̄ra ſitiēti. Nō ē ſpēs ei neqꝫ decor ⁊c̄
q̄ ſequūt̄. Et loquit̄ de meſſia ⁊ de paſſiōe ⁊c̄.
Nec de alijs pōt exponi niſi de eo. ſcḋm ꝙ etiā
iudei de eo exponūt. Itē moyſes de captiui
tate iudeoꝝ dixit. Et erit vita tua q̄ſi pendēs
añ te. Timebis nocte ⁊ die. ⁊ non credes vite
tue. ſ. meſſie. Iudei ḡ nō poſſūt ſe excuſare ex
igrātia ſʒ ex duricia. dicēdo. Qēs ꝑentes nr̄i
mortui ſunt iudei ⁊c̄. Nec agareni poterūt ſe
excuſare ex ignorātia. q2 machometꝰ dic̄ i al/
chorano ꝙ credāt euāgelijs xp̄i. q̄ dicūt xp̄m
crucifixū fuiſſe inq̄ſtū hō ſʒ allegant duriciā
dicēdo. ducam ad mortē patrē meū. De iſto
ſcādalo dic̄ apl'us. Nos ꝑdicamꝰ xp̄m cruci
fixū. iudeis q̄dē. ſupple eſt ſcandalū. gentibꝫ.
aūt ſtulticia. Coꝝ. j. ⁊c̄. ſʒ h̄ ſcandalū euacua/
tum eſt a multis iudeis qui tūc erāt i hierl'm
ꝑ miraculoſā crucis inuētiōeʒ. Dicat̄ de in/
uentiōe miraculoſa ſcē crucis ꝑ ſanctā He
lenā impatricē Cōſtantini impatoris matrē
q̄ venit hierl'm ad q̄rendū crucē dn̄i. Intel/
ligētes iudei ꝙ ꝓpter h̄ venerat. tenuerūt ꝯſi/
lium. determinando ne aliq̄d ſibi diceret̄ de
hac materia. Que vocauit oēs ſapiētes ⁊c̄.
Nota de hiſtoria. ſic eñ euacuatū eſt ſcanda
lū crucis. dimiſſa duricia. viſis tot miracul'

Et iudas q̄ cruceꝫ inuenit baptiſat᷑. ⁊ Quiri/
acus appellat᷑. ⁊ hieroſolymis defuncto epo.
ibidē in epm ordinat᷑. Deinde p xpo martyꝛ
effect⁹ eſt a iuliano apoſtata. Cōuerſi aūt ad
fidē xpi cantabāt dicētes. Nos aūt gl'iari oꝫ
in cruce dñi nr̄i ihu xpi. in q̄ eſt ſal⁹ vita ⁊ re/
ſurrectio nr̄a. p quē ſaluati ⁊ liberati ſumus.
¶ Moralit̄ dicat᷑ h̄ de medicina cruc̄ adhi
bēda ꝯ infirmitates dicēdo ihs cū ſigno cru
cis. Vñ dic̄ Greg⁹. Si noſſe deſideras cru/
cis virtutē. crux eſt infirmoꝝ virtus. egrotā
tium medicina.

¶ De corona domini.

Coronā de ſpinis

c ipoſuerūt capiti ei⁹ Joh. xix. Sic
ſancta mr̄ eccl'ia heri fecit feſtū et
ſolēnitatē de ſctā cruce dñi nr̄i ihu xpi. eo qꝛ
i ea fuit paſſ⁹. ita hodie ordo nr̄ fratꝝ p̄dica/
toꝝ facit vbiqꝫ p totū mūdū feſtū de corona
dñi. de q̄ fuit coronat⁹ i ſua paſſiōe i die vene
ris ſctā. Et de iſta materia erit etiā ſermo nr̄.
Salutet᷑ etiā ꝟgo maria ⁊c̄. Pro introducti
one materie p̄dicāde ſciēdū ꝙ int̄ alias ma/
gnas reuelatiōes q̄s xps fecit btō Johi euā/
geliſte in apoc̄. fuit vna valde clara de mate/
ria hodierna. de q̄ ipē dic̄. Vidi celū aptū. et
ecce equ⁹ albꝰ ⁊ q̄ ſedebat ſup eū vocabat᷑ fi/
delis ⁊ verax. ⁊ cū iuſticia iudicat ⁊ pugnat.
Ocl'i aūt ei⁹ ſic̄ flama ignis. ⁊ i capite ei⁹ dya
demata mlt̄a Apoc̄. xix. Hic ſūt ſex clauſule
⁊ bñ notāde. Prima ibi. vidi celū aptū. Iſta
aptura ſigt̄ incarnatiōꝫ xpi. qñ de celo voluit
venire i vtero ꝟginali. Tūc em̄ dr̄ celū fuiſſe
aptū. ſic qñ aliqs dñs dat aliqđ donū dr̄ hr̄e
burſam aptā Ita etiā dr̄ de illo magno dono
filij dei quē de⁹ pr̄ donauit p nr̄a redēptione
qñ miſit ipm in hūc mūdū. Jō dr̄ celū fuiſſe
aptū. Scđa ibi. Et ecce equ⁹ albꝰ. Ecce h̄ cō
uerſatio xpi. Equ⁹ albꝰ fuit ei⁹ glorioſiſſimū
corp⁹. qꝛ ſic̄ regit᷑ a milite freno ⁊ calcaribus
amoris ⁊ timoris eq̄tans ſup ſellā. Sic cor/
pus xpi fuit a ſpūſctō gubernatū freno tpan
tie ⁊ calcaribꝰ amoris ⁊ timoris filialis vl' re
uerētialis. ſedēs i ſella ꝟginitatis vel purita
tis. Talis em̄ decebat vt eſſet nob̄ pōtifex ſā
ctus innocēs. impollut⁹. ſegregat⁹ a pctōri/
bus. ad Heb. vij. Tertia ibi. ⁊ vocabat᷑ fidel'
⁊ verax. ſ. in doctrina euāgelice p̄dicatōnis.
Fidelis. ſ. ad cōplendū oēs pmiſſiōes factaſ
i veteri teſtamēto. Verax. qꝛ doctrina euāge
lica quā p̄dicauit. purā ⁊ verā et certā ꝯtinet
veritatē. Quarta ibi. ⁊ cuꝫ iuſticia iudicat et
pu. et h̄ in hūani generis redēptiōe. qm̄ vo/
luit facere ſine violētia ⁊ potētia. ſꝫ cū hūili/
tate patiā ⁊ iuſticia ſatiſfecit pr̄i. pugnādo p
nob̄ in die venerꝫ. Quita ibi. Oculi aūt eius
ſic̄ flama ignis. ſ. in ei⁹ gl'ioſa reſurrectōe. Rō
qꝛ ſic̄ flama. deitas. aīa. et corp⁹ ſil' aſcēderūt
gl'ioſe reſurgēdo. Sexta ibi. ⁊ i capite ei⁹ dia
demata multa. Ego q̄ſiui amore vr̄i i ſacra
ſcptura. xps q̄t coronas habuit. Et inuenio
ꝙ ad ſimilitudinē pape vl' imꝑatoris habuit
tres coronas.

¶ Prima fuit de ſapīa diuinali.

¶ Secūda fuit de pnīa corꝑali.

¶ Tertia fuit de p̄ſidentia generali.

De ſcđa āt loq̄t᷑ thema. Coronā đ ſpinis ⁊c̄.
Et đ iſta fit ſolēnitas hodierna Dico p'rio
ꝙ rex nr̄ ihs xps fuit coronat⁹ in h̄ mūdo de
corona đ ſapīa diuiali. Pro cui⁹ declaratiōe
ſciēdū ꝙ ſapīa recte dr̄ corona triplici rōne.
¶ Pria qꝛ corona i capite portat᷑. qui aliūde
portaret non diceret᷑ coronat⁹. Sic ſapīa ad
inſtar corone i capite reſidet. Jō dr̄ vulgarit̄
de pſona ſapiente. O quō hꝫ bonū caput vel
bonā teſtam. De iſta dr̄. corona aurea ſup ca
put ei⁹ expſſa ſigno ſanctitatꝫ. Eccl'i. xlv. No.
expſſa ſigno ſanctitatꝫ. Aliq̄ hñt coronā ſapi
entie i capite. qꝛ ſūt apti i aliqua facultate vl'
theologie vl' iuris ⁊c̄. ad legendū. diſputādū
p̄dicandū. ſꝫ nō eſt expſſa ſigno ſanctitatꝫ ſꝫ
vanitatꝫ. qꝛ ꝯſcīa ⁊ eoꝝ vita nō ꝯcordat cum
diuia ſapīa. ſꝫ qñ vita ꝯcordat cum ſapīa tūc
corona ſapie ē expſſa ſigno ſctitatꝫ. qꝛ hñt ma
gnā ſcīaꝫ ⁊ deuotiōꝫ ⁊ bonā ꝯſcīaꝫ. ¶ Scđa
rō eſt. qꝛ corona caret termīs. ſ. fine ⁊ p̄ncipio
Jō dr̄ dyadema q̄ſi duo demēs. finē. ſ. ⁊ p̄nci
agite. ⁊c̄. O dixit ipſa. adhuc potero ſaluari ſi faciā pniam. ⁊ venit ad pedes xp̄i. ⁊ lacrimis rigauit pedes ei⁹. ⁊ recepit ſe ī magnā pniam ieiunia. orōes. ⁊ alia. intm̄ ꝙ. xxx. ānis fuit in deſerto ſolitaria. que nihil comedit nec bibit dormiebat ſuꝑ lapidē. ⁊c̄. Iſte mod⁹ ē melior ꝙ̄ pm⁹. De iſto dr̄ Dauid. Fluminis impet⁹ letificat ciuitatē dei. ſanctificauit tabernaculum ſuū altiſſim⁹. ps. xlv. Nota Fumis ipetus. i. ꝑcutiēs. q̄ttuor flumia ſe ꝑcutiūt ī aīa pctōris penitētis. ſ. Flumē olei. Flumē mellꝭ Flumē aq̄. Flumē ſanguis. Et de q̄libꝫ iſtorum dr̄ flumis impet⁹ ¶ De pmo. De cathedra dei ꝓcedit flumē olei mie. ſignificatum ꝑ oleū qd̄ eſt medicinale ⁊ curat vulnera intellect⁹ ꝯ errores ⁊ falſas opiones. ⁊ volūtatis ꝯ odia. rācores. ⁊ memorie ꝯ dei bn̄ficiorꝫ obliuiones Curat em̄ vulnera cordis ꝯ malas cogitatiōes. oris ꝯ mēdacia ⁊ falſa ꝑiuria. ⁊c̄. oculorꝫ a malꝭ aſpectib⁹. auriū ab auditu malorꝫ ꝟborꝫ. Man⁹ a furtis rapinis. ꝑcuſſiōib⁹ tactib⁹ imūdis. ⁊ cetera. finalit̄ toti⁹ corꝑis. ⁊ ꝯ vulnera luxurie tāꝙ̄ bon⁹ medicus mittit flumē ſue mie vngēs vulnera pctōꝝ. Ecce q̄re dr̄ Flumis ipet⁹. q2 ſubito venit ¶ De ſecūdo etiā mittit flumē mellis ſpūſſcti. ⁊ h̄ qn̄ ꝑſona recipit ſpem venie. dicēdo. verꝫ ē ꝙ ſuꝫ pctōr. ⁊ feci multa mala. ſꝫ de cetero emendabo vitā meā. fui ſuꝑb⁹. van⁹. ſꝫ decetero volo humiliari. ⁊ ſic de aliis. ¶ De tertio flumine aq̄ eſt qn̄ ꝑſona penitēs lacrimat̄ ꝑ peccatis. dicēs. O miſer q̄d erit de me. Si dicat̄. non eſt flumē. ſꝫ diſtillatio aliquarꝫ lacrimarꝫ. Dico ꝙ imo. q2 maiorē ꝟtutē h̄ꝫ vna gutta lacrimarum ꝙ̄ totū mare ad abluendū peccata.

¶ De q̄rto flumīe ſanguis eſt qn̄ ex peccatis hō diſciplinat ſe. Iſta pnia ē ꝓpria homicidiſ ⁊ oib⁹ q̄ tractāt ⁊ ꝯſentiūt in mortē alicuius. ſcḋm illud. Quicunq̧ effuderit hūanū ſanguinē. fundet̄ ſanguis illi⁹. Geñ. ix. Ecce q̄re dic̄ Flumin⁹ impet⁹. Nota. letificat ciuitatē dei. q2 gaudiū eſt angelis dei in celo ſuꝑ vno peccatore pniam agēte. Lu. xv. Sāctificauit tabernaculū ſuū altiſſim⁹. ꝙ̄diu hō eſt in pctis eſt ſtabulū porcorꝫ. ſꝫ poſtꝙ̄ flumis impetus mūdauit cū efficit̄ camera ⁊ habitaculuꝫ dei

¶ Terti⁹ mod⁹ eſt melior. ſ. martyrialis afflictio. qn̄ aliq̄s ꝑ fide catholica vel ꝑ aliqua ꝟtute manutenēda morit̄ ꝓ xp̄o martyr efficit̄ ⁊ ſanct⁹. vt ſi captiu⁹ ꝑmitteret ſe occidere an̄ ꝙ̄ fidem catholicā vellet abnegare. martyrē ⁊ in numero ſctōꝝ martyꝝ cōputat̄. Idem dr̄ muliere captiua ſi ꝑmitteret ſe interficere an̄ ꝙ̄ ꝯſentiret pctō. eſſet martyr cū btā katherina. Itē int̄ xp̄ianos ſi meretrix ꝯuertat̄ ⁊ poſt ꝯuerſionē cogit̄ ꝑ aliquē. ⁊ iſta ꝯtradicēte. tādem ab illo occidit̄. martyr efficit̄. Idē de ſeruitore cui ꝑcipit̄ fieri aliq̄d a dn̄o. ⁊ non vult facere. ⁊ occidit̄ a dn̄o. martyr eſt. Idē de muliere nolēte ꝯſentire viro aliq̄d inhoneſtum ⁊ occidit̄ a viro. martyr efficit̄. Idē de illo qui manutenet cōitatē. ſi ꝓpt̄ h̄ occidit̄. martyr eſt Bti q̄ ꝑſecutōꝫ patiunt̄ ꝓpt̄ iuſticiā. qm̄ ipoꝝ eſt regnū celoꝝ. Mat. v. De iſto mō ſanctificatōis dr̄ ꝓpħa. Preꝑauit dn̄s hoſtiā. ſanctificauit vocatos ſuos. Sophonie. j. ¶ Quartus mod⁹ eſt baptiſmalꝭ ablutio. Iſte modus eſt leuiſ. ꝑ quē modū nō ſolū pueri ſanctificātur ab originali pctō. Dicat̄ q̄d eſt q2 aīa dr̄ ſe inquantū eſt ad imaginē dei eſt pulcrior ſole Nulla creatura corꝑalis eſt ita pulcra. intm̄ ꝙ ſi poſſet videri. ⁊c̄. ſꝫ maculat̄ qn̄ infundit̄. Sicut ſi ego mitterē velū albū in concham de tintha ſiue incauſto. Ita de aīa ſi moriat̄ an̄ baptiſmū nō intrat ꝑadiſum. licet poſſet venire ad portā petēs ingreſſum. Sꝫ dr̄ ſibi a xp̄o. reſpicias te quō es turpis ¶ Nō quō ſtares cū iſtis. ⁊c̄. Rn̄det aīa. Dn̄e ego nullū peccatū feci ⁊c̄. Et xp̄s. ⁊ idō nō dabo tibi penā cū illis de inferno. ⁊ remittit eā ad lymbuꝫ puerorꝫ. vbi nō eſt ignis nec demones ⁊ ibi ſtant delectabiliter ⁊ diſputāt inter ſe. ⁊c̄. Non intrabit in ea aliq̄d coinq̄natū. Apoc. xxi. Iſto mō etiā abluti ſanctificāt̄. nō ſolū ab originali. ſed etiā ab oib⁹ actualib⁹. intm̄ ꝙ ſi moriat̄ an̄q̄ꝫ peccat ſubito euolat recta via. etiā ſi an̄ habuiſſet oia pctā. ex q̄ nō ficte accedit ad baptiſmū ¶ Nota ꝯ vetulas dicētes ꝙ aīa pueri nouiter baptizati qn̄ morit̄ trāſit purgatorium ex dolore mr̄is. ⁊c̄. Non credatis. quia error eſt. Sic ſanctificati dr̄ aplꝯs. Pctōres aliqn̄ fuiſtis. ſꝫ abluti eſtis ſꝫ ſanctificati eſtis ſed iuſtificati eſtis in noīe dn̄i noſtri ihū xp̄i. pma Corꝫ. vj ¶ Quint⁹ mod⁹ eſt excellētior ſcꝫ ſpecialis ꝑuentio. Iſto modo ſolū tres ꝑſone fuerūt ſanctificate iam in vtero matris ſine meritis ipi⁹ creature ꝑcedētib⁹. Iſto mō legit̄ mariā fuiſſe ſanctificatā in vtero matris ⁊ ſic decebat. q2 mater dei eſſe debuit. ⁊c̄. Etiam legit̄ de Hieremia ꝓpħa q̄ etiā ī vtero matris fuit ſanctificat⁹. q2 debebat de xp̄o ꝓphetiſare. Terti⁹ ⁊ vltim⁹ fuit beat⁹ Iohes baptiſta. quia debebat xp̄m baptizare. Non legit̄ ꝙ beat⁹ Iohes euāgeliſta fuerit ſanctificat⁹

nec petr⁹ nec paul⁹ Sʒ d̃ btõ Johe legiť q̈ p⁹
q̃ ṽgo maria ɔcepit filiũ dei iuit ad viſitãdũ
elizabeth ɔſanguineã ſuã quã gabriel reuela
tione ſciuit eſſe g̃uidã. vt pʒ Lu. j. Et ṽgo ma
ria itrauit domũ. ſalutauit elizabeth. ⁊ vt au/
diuit ſalutatõʒ marie. exultauit infans ĩ vte/
ro mr̃is Tũc elizabeth a ſpũſctõ ſciuit q̈ ṽgo
maria erat g̃uida de filio dei. ⁊ dx̃. Bñdicta
tu in mulierib⁹. ⁊ bñdict⁹ fruct⁹ vẽtrĩ tui. Ec/
ce eñi vt facta ẽ vox ſalutatõis tue ĩ auribus
meis. exultauit ĩ gaudio infans in vtero meo
Lu. j. Et amplexãtes ſe mutuo ⁊ obſculãtes
tãta ſanctitas exiuit de ṽgine q̈ ſanctificauit
Johem ĩ vtero mr̃is exiſtentẽ. ⁊ Johannes
cognouit pñtiã filij dei. q² dic̃ ſctũs Tho. q̈
vſus liberi arbitrij fuit ĩ eo acceleratus. Ec
ce q̃liter beatus Johes fuit ſanctificat⁹ iuxta
angeli reuelationẽ. Spũſctõ replebitur ad/
huc ex vtero mr̃is ſue. Lu. j. Jõ Johi appro/
priate dic̃ thema. Añq̃ʒ exires d̃ vulua ſancti
ficaui te ⁊c̃.

¶ De ſancto Johe baptiſta.

E lizabeth ĩpletuʒ
eſt tps pariẽdi. ⁊c̃. Lu. j. Ab iſto the/
mate ego recipio motiuũ p̃dicandi
de fine mũdi q̃ erit ⁊ ĩ breui. Jõ in pñti ſmo
ne volo vob̃ declarare p aliq̃s ſimilitudines
palpabiles ⁊ morales. quõ finis mũdi inſtat
de ppinquo. null⁹ tñ ſcit tps determiate. et an
num mẽſem vel diẽ. Credo q̈ erit materia g̃
tioſa ⁊ acceptabilis ⁊ nob̃ pficua ⁊ meritoria
Saluteẽ ṽgo Maria. ⁊c̃. Añq̃ʒ veniã ad ma
teriã p̃dicandã oportet declarare duo moti/
ua. ſ. q̃ eſt iſta elizabeth. ⁊ q̃d eſt ei⁹ tps parien
di. Hoc nomẽ Elizabeth eſt cõpoſitũ ex tri
bus noib⁹ hebreis ſiue hebraicis. El. i. deus
J. i. me⁹. zabeth. i. ſeptima. Elizabeth. id eſt.
dei mei ſeptima. ¶ Jõ ẽm iſtã interp̃tationẽ ſi
gnat generationẽ. i. durationẽ humanã q̃ eſt
iam ſeptima. q² ſicut in hoĩe q̃ ẽm curſuʒ na
ture viuit cõputanẽ ſeptẽ etates. Prima eſt ĩ
fantia. i. non fantia. a for faris. Jõ p̃ma etas
mũdi fuit infantia. ſ. ab adam vſq̃ʒ ad noe. q²
tũc neſciebãt loq̃ de deo. nõ habebãt reuela/
tiones nec libros nec mg̃ros nec doctores.
Secũda etas hoĩs dr̃ pueritia. a puritate. a
ſeptẽ ãnis vſq̃ʒ ad. xiiij. Jn iſta etate fuit mũ/
dus a noe vſq̃ʒ ad abraaʒ. tũc eñi fuit mund⁹
aquis diluuij purificat⁹. Tertia ẽ adoleſcen
tia. i. creſcẽtia. a. xiiij. annis vſq̃ʒ ad. xxv. ãnoſ
Jn iſta etate fuit mũd⁹ ab abraã vſq̃ʒ ad moy
ſen. q² creuerũt in dei cognitõe. Quarta ẽ iu
uentus a. xxv. annis vſq̃ʒ ad. xxxv. vel. xl. Jn
iſta fuit mũdus a moyſe vſq̃ʒ ad dd̃. Quinta
virilitas a. xl. ãnis vſq̃ʒ ad. lx. Jn iſta fuit mũ
dus a transmigratõe babylonis vſq̃ʒ ad xp̃m
Septima eſt decrepit⁹. i. deficiẽs. a. lx. annis
vſq̃ʒ ad finẽ mũdi. Propter h̃ dicebant apl̃i.
Nos ſum⁹ in q̃s fines ſeculoꝝ deuenerũt. p̃/
ma Coꝝ. x. Ecce g̃ elizabeth. i. dei mei ſeptĩa
ſcʒ etas nature humane ⁊ duratio eius vſq̃ʒ
ad finẽ mũdi. Nõ videam⁹ q̃d intelligẽdum
eſt p tps pariẽdi iſti⁹ Elizabeth vetule. Dico
q̈ finis mũdi erit cito ⁊ breuiter. q̃ finis põt
dici part⁹ ex q̃ttuor ſilitudinib⁹ q̃s habet cuʒ
muliere pturiẽte. De q̃b⁹ dauid. Jpi videteſ
ſic admirati ſunt. ɔturbati ſunt. cõmoti ſunt.
tremor apprehẽdit eos. Jbi dolores vt pturi
entis. ps. xlvij. Jn muliere grauida que ẽ iu
xta partũ inuenio q̃ttuor ɔditiões. Prima q̈
cõputat tps ⁊ aliquotiẽs errat in computo ⁊
ſubito veniũt dolores in partu. Jta m̃lti er/
rant circa cõputũ finis mũdi. dicẽdo. nõ erit
ita cito. p̃mo erit h̃ ⁊ h̃. ⁊c̃. O quot erũt dece/
pti in cõputo. q² qñ ipi nõ credẽt ſubito veni
et. Jõ dx̃. Jpi videtes ſic. ſ. ſubuerſionẽ mũdi.
admirati ſunt. Secũda ɔditio eſt. quia mu/
lier qñ veniũt ſibi ſigna ptus turbaẽ. ⁊ mittit
p obſtetrice. ⁊ p tali ⁊ tali. ⁊c̃. Jta in fine mũ/
di turbabunẽ gẽtes. vn⁹ dicet. O miſer vellẽ
ɔfiteri. ⁊c̃. Dicit alius vſurari⁹. vidiſtis taleʒ
⁊ q̃d vultis. vellẽ ſibi reſtituere. Nõ faciatis
q² tũc nõ erit hora. q² tũc q̃cq̃d eſt in mundo
debet incinerari. Jdẽ dicẽt illi q̃ mõ nolũt p
cere. tunc pquirẽt inimicos vt faciãt pacem.
Jdẽ de religioſis q̃ mõ nõ curãt ſuare regu/
lam. tũc ibũt ad ſacriſtiã vt videãt reg̃lam ⁊c̃
Ecce q̃re tũc nõ erit hora. Jdẽ de illis q̃ mo
do nõ curant ſuare pñiam. Jõ dx̃. ɔturbati
ſunt. Tertia ɔditio eſt. q² mulier in ptu a ca/
pite vſq̃ʒ ad pedes habet dolores. Jta ĩ fine
mũdi qñ gẽtes videbunt ɔflagrationẽ ignis
dicet vn⁹. O miſer q̃d faciã. ego habeo tot ca
ſtra. ⁊c̃. ⁊ mõ cõburenẽ. dicet alius O miſer.
ego habeo tot florenos in taxia. ⁊ alius dicet
⁊ ego tot capita gregum. Jdem de mulierib⁹
qñ ornãt ſe crinib⁹. ⁊c̃. Jgnis oĩa ɔſumet. imo
etiã corp⁹. Jõ dic̃. cõmoti ſunt. Quarta con
ditio eſt. q² mulier qñ parit timet ne moriaẽ.
vel ne creatura poſſet exire. Jta tunc gentes
tremebunt videntes mortem in gutture Jõ
dic̃. Tremor apprehendit eos. Jbi ſcʒ in fine
mundi dolores vt parturiẽtis. Ecce quare

finis mūdi dr̄ part⁹. Bñ ḡ dt thēa. Elizabeth
ſcꝫ duratio generatōis hūane quā tenem⁹ im
pletū eſt tps pariendi. ſ. de ꝓpinq̄. Hoc volo
mō declarare palpabilit̄ ſm ꝙ maniſeſte pōt
cognoſci finis diei ex receſſu radioꝝ ſol.

¶ Ab imis torrentib⁹.
¶ A planis ꝯuallibus
¶ Ab eleuatis coſtis
¶ Ab excelſis collib⁹.
¶ Et a ſummis montib⁹

Dicit̄. finis diei ē qñ radij ſolares nō illumi-
nāt torrētes ⁊ valles. coſtas. colles. ⁊ mōtes.
Iſte ſol eſt xp̄s Auctas. Orie̅t vobis timēti
bus nomē meū ſol iuſticie. nō dic̄ ſol nature.
Malach. iiij. Itē in nouo teſtamēto qñ lau-
dam⁹ virginē in matutinis dr̄ ſibi. Felix nā
ꝗ es ſacra v̄go maria. ⁊ oī laude digniſſima.
quia ex te ort⁹ eſt ſol iuſticie xp̄s deus noſter
¶ Nō videam⁹ ſi radij claritatis hui⁹ ſolis
illumināt torrētes vl̄ valleſ. ⁊c. ⁊ ſic poterim⁹
dicere ⁊ cognoſcere ſi dies mūdi eſt ad fineꝫ.
Torrentes dicunt̄ laboratores mechanici.
Rō. q̄ torrētes ſunt aſperi ad ambulandū et
petroſi. Ita vita laboratoꝝ eſt aſpera in pa-
ne. vino. indumētis. domo. lecto. ⁊ laboribuſ
multis. Itē torrētes aliqñ abundant aquis
aliquando nō ꝙ vna formica poteſt tranſire
Ita laboratores aliquādo abundant ī pane
vino. ⁊c. aliquotiēs veniūt ſiccitates. grādo.
pruina ꝙ nihil colligunt. Tertio torrētes ſūt
plus baſſe. Ita laboratores paꝝ appreciātur.
⁊ tñ tam p̄lati ꝗ̄ reges oēs viuim⁹ cum eiſ
de coꝝ laborib⁹. Et his trib⁹ rōib⁹ laborato
res dicunt̄ torrentes. Auctas. Oēs pñt dice
re laboratores. Imminuti ſum⁹ dn̄e plus ꝗ̄
oēs gentes. ſumuſq̄ oēs humiles in vni
uerſa terra. Dañ. iij. Nō videam⁹ ſi iſti tor-
rentes illuminant̄ ⁊ caleſiūt a radijs ſolis iu
ſticie. Nā illumiatio eſt ꝑ ſapiam. calefactō ꝑ
deuotionē. Dico ꝙ nec illuminant̄ nec caleſi
unt. Antiquit⁹ ꝗ̄cūq̄ laborator eſſet vl̄
fuiſſet groſſus ſimplex vel piſcator. ad minuſ
habebat q̄ttuor q̄ ſunt neceſſaria ad ſciendū
cuilibet. Primo ſciebant ſe ſignare. ⁊ modo
nihil niſi circulū in chorea. ⁊ ſilib⁹ ⁊c. Scđo
ſciebāt Credo in deū. qđ dꝫ ſciri pl⁹ ꝗ̄ Pr̄ nr̄
⁊ ꝙ petitiones ꝯtinet ſeptem. ⁊ mō nihil bñ
ſciunt niſi ꝯiurationes ⁊ ſortilegia. Quarto
ſciebant Aue maria. ⁊ qualiter regina celi eſt
ſalutanda. modo nihil. ſed bñ ſciunt q̄t dena
rij ſunt in vno floreno. Iā ſol receſſit a torrē-
tib⁹. Antiq̄tus erāt calidi in deuotōe. q̄ q̄li-
bet poſtq̄ ſurrexerat de mane anteq̄m aliq̄d
faceret genib⁹ flexis faciebat ſuā orōem. viri ī
vno angulo dom⁹. ⁊ vxor in alio. ⁊ filij ī alijs
Nō vos q̄lit̄ oratis qñ recipitis camiſiā ⁊c.
Iā ſol nec illumiat nec calefacit. Itē antiq̄t⁹
q̄libet die audiebāt miſſam ī aurora. deinde
ibant ad ſua negocia. ⁊ de⁹ dirigebat eos ī oī
bus. Nō nec in dn̄ica volūt miſſaꝫ audire.
ſꝫ ſunt in platea vel taberna. ⁊ qñ pulſatur ꝓ
corpe xp̄i veniūt vt porci ad ſtabulū. vl̄ ſi va
dunt ad miſſam nō veniūt ꝓ tpe. ⁊ qñ ſunt i-
tus nō faciūt niſi loq̄ de negocijs. ⁊ poſt cō-
munionē ſtatim recedūt. iā ſol receſſit. Item
cōicabāt ⁊ ꝯfitebant̄ q̄libet die dn̄ico. venie-
bāt ad cōionē duo ⁊ duo. ⁊ poſt dabāt ſibi pa
cē oſculātes ſe. Idē faciebāt mulieres. Nō
nec ſel' in āno volūt ꝯfiteri in. xl. nec cōicare ī
paſca. licet obligāt̄ ex p̄ceptis penalib⁹ ſub pe
na dānatiōis aīe. ⁊ ſine ſepultura corpiſ. vt pꝫ
extra de pnīa ⁊ re. Oīs vtriuſq̄ ſex⁹. Itē an-
tiquit⁹ ſi aliq̄d deficiebat ī eccl'ia. erat benig
ꝯtētio int̄ parrochianos ⁊ curatū. q̄ quilibꝫ
volebat illud facere. dicebat pp̄l's. nos ꝓuidē
bim⁹ domui dei vt ipe ꝓuideat nr̄is. Nō cō
tendūt d̄ oppoſito. Dic̄ rector. vos debetis fa-
cere. q̄ vob̄ fuit. dic̄ pp̄l's. imo vos deberetis
facere q̄ recipitis reddit⁹. totū eſt ꝯriū. ab hu
iuſmodi eīn torrētib⁹ iā videt̄ retraxiſſe radi-
os ſuos ver⁹ ſol iuſticie xp̄s de⁹ nr̄. Et iam eſt
cōpleta ꝓphetia Dauid. Neſcierūt neq̄ itelle
xerunt. in tenebris ambulāt. mouebunt̄ oīa
fundamēta terre. pſ. lxxxj. Nota. neſcierunt. ſ.
ſe ſignare. nec Credo in deū. nec Pr̄ nr̄. neq̄
intellexerūt. ſ. q̄d debēt facere de ſpūalibus. ī
tenebris ambulant ¶ Scđo videam⁹ ſi illu
minát valles. q̄ qñ ſol retrahit ſuos radios
a torrentib⁹. adhuc tñ illuminat valles. Val
les dicunt̄ ciues burgenſes mercatores ⁊ ꝑ-
ſone diuites. Rō. q̄ ſicut valles abundāt fru
mento. vino. fructib⁹. ⁊ hmōi. Ita p̄dicti ab
undant diuitijs. Item ꝑ valles bō ambulat
delectabiliter. Ita iſti viuūt delectabiliter.
Habēt pulcras domos ⁊ magnas. bonos le
ctos ⁊ cortinas. vaſa aurea ⁊ argentea. eſcas
⁊c. Et de iſtis dicit auctas Dauid. pſ. lxiiij.
Valles abundabūt frumēto. clamabunt. ꝗ̄
tum ad p̄mū. eteni hymnū dicēt. ꝗ̄tū ad ſecū
dum. delectabilit̄ viuendo ⁊ cū leticia. Nō
videam⁹ ſi illumiant̄ a ſole. Dico ꝙ non. iam
retraxit radios ſuos. Antiq̄t⁹ qñ vn⁹ merca-
tor ciuis vel burgēſis ꝑdidit bona ſua ī terra
vel mari vel ꝑ ignē. ſtatim alij cōgregabāt ſe

dicēdo. tal' ꝑdidit oīa ſua. etiā h̄ poſſet cuili/
bet euenire. iō iuuem⁹ eū. ego do tm̄. ⁊c̄. Sꝫ
mō ſi vn⁹ poteſt auferre oculū alteri. totū eſt
ex inuidia ⁊ malicia. Antiq̄t⁹ qn̄ vnus diueſ
ibat extra villā. ſi videbat campū incultū vel
vineā. petebat inq̄rēdo cui⁹ eſſet qn̄ dicebat
ſibi de tali. ſtatim ibat ad illuꝫ dicēs. Quare
vinea vr̄a vel camp⁹ eſt incult⁹. q̄re nō ſemia
ſtis. de q̄ viuitis Dicebat ille. Dn̄e nō habeo
iumēta nec ſemē. ⁊c̄. dicebat diues Nō tene
atis bladū vl' pecunias recipiat; beſtias me
as. ⁊c̄. ⁊ nō dicat; alicui. Nō ſi veniret pau/
per laborator ad diuitē petēs ab eo decē flo/
renos ad p̄ſtandū vt poſſet ſemiare. ⁊c̄. dice/
ret diues. placet mihi. ſꝫ qn̄ venit notari⁹ di
cetis ꝙ ſunt. xij. ⁊ ita ponet in carta. ⁊ ita iura
bitis. intm̄ ꝙ dānabit ipſe laborator ꝓpt' falſū
iuramentuꝫ. ⁊ notari⁹ ⁊ teſtes. ⁊ g̊ ſol iuſticie
occidit eis. Antiq̄t⁹ qn̄ videbāt viduā iuue/
nem vel puellā paupculā diſcalciatā ⁊c̄. dice
bāt. cui⁹ eſt. dicebat eis. filia eſt tal'. ⁊ vocabāt
p̄rem dicēdo ſibi. ⁊ q̄re nō maritat; iſtam. ne
ſcitis ꝙ piculū eſt tenere puellas mag̃s. Rn̄/
dit p̄r. q2 multi vellēt eā q2 ipſa eſt bona. ſꝫ nō
habet dotē. Dicebat diues. Ecce ego do vo
bis tm̄. nihil dicatis. ⁊ det; ſibi vir. Dicebat
mulier. ⁊ ego do ſibi vnū lectū ⁊c̄. Sꝫ modo
qn̄ diues videt iuuenculā paupculaꝫ. mittit
ad eam vnū ruffianū dicēs ꝙ ſi vellet loq̄ ſe/
cum daret ſibi tunicā ⁊ facit eam meretriceꝫ.
Et nūq̄d ſcimus qđ eſt illud colloquiū. Et g̊
illis foris eſt ſol. Antiquit⁹ ſi aliq̄s vendebat
aliq̄d alicui mercatori. dicebat q̄ꝫtum valerꝫ
Vn̄ dt Aug⁹. ꝙ quidā vendidit vnā rem pe
tens ꝓ ea mediū florenuꝫ. o dixit mercator q̄
emptur⁹ erat rē illā. Vos eſſetis deceptuſ. q2
illa res valet decē florenos. ⁊ iō dabo vob̄ no
uem vt ⁊ ego q̄ ſum mercator lucrer aliquid
vobiſcū. Sꝫ mō ſtatim vnuſquiſq; decipiet
alium. Nā venditor vult decipe emptoreꝫ. ⁊
ecōuerſo. Antiq̄t⁹ ſi vn⁹ mercator vendebat ⁊
vicin⁹ ſu⁹ nō vendebat. qn̄ pfecerat vēditionē
ſuam. dicebat emere volentibꝫ. Ego iā vēdi
di hodie ſꝫ ille nō vendidit. q̄ hꝫ ita bonū pā/
num. vel ⁊c̄. vt ego. vadatis ad eū. ſꝫ modo ē
inter eos tāta inuidia ꝙ null⁹ facit alteri qđ
ſibi fieri vellet. Antiq̄tus iurati vel rectores
cōitatis nolebāt aliq̄d recipe de cōmunitate
niſi ſalariū iā eis taxatū. Jam aūt volūt pluſ
recipe. Ordinatōes eīn eoꝝ ſunt vt tela ara/
nee q̄ ſolū retinet muſcā. non timent deū Jā
ergo a pṙallibꝫ ſol iuſticie retraxit radios ſu
os. ⁊c̄. ⁊ videt cōpleta ꝓphīa xp̄i dicētis. quiā
qm̄ abūdauit iniq̄tas refrigeſcit caritas mlt/
toꝝ. Math. xxiiij. ¶ Tertio videam⁹ ſi illu/
minat coſtas q̄ ſunt ſacerdotes. Rō. q2 coſte
ſunt eleuate ⁊ altiores vallibꝫ. Ita ſacerdoteſ
⁊ miſtri altaris ſup alios ſunt eleuati ad ſui
endū xp̄o ⁊ miſtranduꝫ. Jō dt de ipis. Se/
parauit vos de⁹ ab oī pp̄lo ⁊ iunxit ſibi vt ſer
uiretis ei ī cultu tabernaculi ⁊ ſtaretis coraꝫ
frequētia pp̄li ⁊ miniſtraretis ei. Numeri. xvj
Sed dico ꝙ iā ſol iuſticie ab eis retraxit ra/
dios ſuos. ſ. ſapiē ⁊ deuotiōis. Antiquit⁹ aūt
habebāt tantā deuotionē ꝙ etiā ī vna parua
parrochia vbi nō erat niſi vn⁹ cleric⁹. ſurge/
bat de nocte ad matutinas. ⁊ tāgebat campa
nā. ⁊ eſt bn̄ factū. vt licet gētes nō ſurgerent.
tm̄ qn̄ audirēt cāpanā dixerūt. Bn̄dict⁹ ſit ds
Deinde corā altari accēſo lumine dicebat ſu
as matutinas deuote ⁊ diſtincte. intantū ꝙ
multe gētes veniebāt ad eccl'iam vt audirēt
ſed mō vel nō pulſant campane. vl' ſi pulſan
tur ibi. nō ſurgūt. Sꝫ cāpane dicūt matuti
nas de nocte. ipi aūt dicūt matutinas rube/
as vel albas in orto vel platea vel in feneſtra
indeuote. ⁊c̄. Cū tm̄ de q̄libet lr̄a et dictione
habeam⁹ reddere cōputū in iudicio dei. An/
tiquit⁹ parabāt ſe ad miſſam. cōfitebant ⁊ ce
lebrabāt q̄ſi q̄tidie cū magna deuotōne. ſed
mō ſi nō hn̄t denarios nō curāt celebrare. ſꝫ
ſi ſunt pecunie tūc celebrāt. Antiq̄t⁹ ſacerdo/
tes ꝯſiderātes ꝙ eoꝝ lingua erat clauis para
diſi. vt dicit Gregori⁹. cauebant a iuramētis
a mendacijs. ꝯſeruabāt man⁹ a ludis ⁊ tacti/
bus. Nō aūt iurare renegare pl⁹ inueniť ī eis
q̄ꝫ in latronibꝫ. ſilr dicere mendacia. ⁊ ī ludo
ipſi ſunt p̄mi. Item ꝯſeruabant corp⁹. qđ eſt
monumentū xp̄i. ꝓprius ⁊ veri⁹ q̄ꝫ ſepulcrum
in hierl'm. ſed mō ꝓijciunt ſe in latrina luxu/
rie tenendo concubinas. ergo ſol occidit eis
Et nunq̄d videt vobis paruuꝫ pctm̄. Nam
vn⁹ p̄ſbyter ꝯcubinari⁹ damnat totū pp̄lum
ꝓpter ſcandalū ⁊ detractionē. Et pl⁹ peccat
mulier cū clerico ſemel q̄ꝫ cū pluribꝫ homi/
nibꝫ laicis. Jdeo fiat ſtatutū ꝯtra iſta in ſyno
do ſancta. ⁊c̄. Antiquitus etiā ſacerdotes da
bant exempluꝫ bone vite ꝙ quādo ſacerdos
ex aliqua neceſſitate intrabat villam vl' ciui/
tatem. ⁊ tranſibat per vicum. omnes ſurge/
bant ⁊ ſe orationibus eius commendabant.
oſculando ſibi manus vel veſtes. ⁊c̄. Et mo/
do dicunt. O ſacerdos noſter vadit ad il/
lam ⁊c̄. Peius dicunt q̄ꝫ de iudeis, et malo

exēplo vite qđ videt̄. ꝗ iā ſol retraxit radios
ſuos a torrētibꝫ. a ꝯuallibꝫ ⁊ coſtis. Jā cōple
ta eſt ꝓpheria Ezech. dicēs in ꝑſona dei. Sa
cerdotes ꝯtempſerūt legē meā. ⁊ polluerūt ſan
ctuaria mea. Jnt̄ ſanctū ⁊ ꝓphanū nō habue
rūt diſtātiā. int̄ pollutū ⁊ mūdū nō intellexe
rūt. ⁊ a ſabbatis meis auerterūt oculos ſuos. ⁊
coinq̄nabar in medio eoꝝ. Ezech. xxij. Quar
to videamꝰ ſi ſol illumīat colles. Nam colles
dicunt̄ religioſi. triplici rōe. Pria q2 ꝑ colles
trāſeunt merces de vna terra ad aliā. ſic ꝑ re/
ligioſos trāſeūt merces ꝑadiſi ad terrā iſtam
Scđa q2 colles dant gaudiū ⁊ leticiā exalte
rius ꝑ̄ieꝯtemplatōe. Sic religioſi ꝯtēplan
tur patriā ad quā tēdimꝰ ⁊ ciuitatē paradiſi
quā q̄rimꝰ. q2 nō habemꝰ h̄ manentē ciuita/
tem. ſʒ futurā inq̄rimus. Heb. vlt̄. Tertia q2
cōit in collibꝫ via ē arta ⁊ aſpera. ſic vita reli/
gioſoꝝ ē ſtricta ⁊ aſpa. Nā de ipſis dr̄. pingue/
ſcent. ſ. in deuotōe. ſpecioſa deſti. ⁊ exultatōe
colles accingent̄. ps. lxiiij. Et ponūt̄ ibi predi/
cte tres ꝯditiōes. Jn his em̄ nō apparet ſplen
dor ſolaris ſic antiq̄tus qn̄ ſeruabāt caſtitatē
angelicalē. habebāt cor caſtū. ſtatim expelle/
bant malas cogitatōes. Et os clauſerunt ab
illis locutionibꝫ. oculos. aures. ⁊ manꝰ. et to
tum corpꝰ. ſʒ mō pauci ſunt q̄n velint habere
ſpeciales ſibi dilectas. ⁊ incipiūt a Credo in
deū. ⁊ finiūt in carnis reſurrectōē. ſʒ nō intra
bunt ī vitā eternā. Meliꝰ eſſet illis hr̄e gene
rales q̄ ſpeales. q2 plꝰ timēt hoies q̄ deū. di/
cendo. ſi nō viuis caſte tn̄ caute. Antiquitus
ſeruabāt illā pauptatē apl̄icam. q2 ſecū porta
bant oia qn̄ exibāt de cella. ſʒ mō h̄nt pulcras
cellas. ⁊c. q2 eos oportet hr̄e plures claues q̄
ſi eſſet mercator. Antiquitꝰ ſuabāt obedien/
tiam generalē ad oia quātūcūq3 dura aſpa ⁊
difficilia. ⁊ ꝯ cor ſtatim obediebāt ꝑlato. Hic
nota obedientiam fratris minoris q̄ nudus
iuit ad ꝑdicandū ex ꝓcepto beati Franciſci.
Jtē de ſancto Mauro q̄ ex obediētia intra/
uit flumen vt extraheret pueꝝ q̄ ſubmergeba
tur. Jtē in vitaſpatꝝ de illo q̄ dimiſit litterā
o impfectā. ⁊c. Sʒ mō obediētia ꝑua eſt. Qr
ſi ꝑlatus ꝑcipit aliq̄d ꝯtra cor. ſtatim appellāt
⁊c. De cerimoniis aūt nihil ſeruāt. ſed quili
bet vult viuere ad libitū ſuū. ꝗ iā ſol retraxit
radios. Jdeo de religioſis dicit Hieremias
in ſpū ꝓphie dicēs. Ecce magis hi ſimul frege
rūt iugū. ſ. vota eſſentialiū. ruperūt vincula.
ſcʒ cerimoniaꝝ. Hiere. v. ¶ Quinto videa/
mus ſi ſol illumīat mōtes. Mōtes alti ſūt ꝑ/
lati eccl̄ie ⁊ dn̄i tꝑales rōe duplici. Prima eſt
q2 vt mōtes eminēt in altitudine dominij et
dignitatis. Scđo q2 in mōtibꝫ vox reſonat
intm̄ ꝙ ſi hō clamat videnť due voces. Sic
ꝓcepta ⁊ ordinatōes eoꝝ reſonāt ꝑ mūdum.
Reſonat ď altis montibꝫ echo. i. vocis reuer/
beratō. Sap. xvij. Ab iſtis mōtibꝫ iā receſſit
ſol iuſticie ⁊ charitatis. Antiq̄tꝰ ꝑlati coacti
intrabāt ꝑlationē. cogitātes ꝑiculum. Sʒ ſi
mō ſum in anxietate qualē computū dabo ď
aīa mea. q̄to magis eſt reddere cōputum de
tot aīabꝫ. ſʒ mō laborāt cū rege. ⁊c. ⁊ cū ſymo
nia intrāt. Antiq̄tus qn̄ erāt intꝰ cōputabāt
hoc modo. Nā valet epatꝰ meus ſex milia flo
renoꝝ. ⁊ retinebat duo milia ꝓ vita propria ⁊
duo milia dabat in opibꝫ eccl̄ie ſiue eccl̄iarū
⁊ duo milia in elemoſynis. Et modo omnia
ſexmilia nō ſufficiūt. tot ſunt pōpe ⁊ vanita/
tes. imo oportet īuenire nouos modos extor
quēdi pecunias ⁊c. Antiquitꝰ ꝑlati ꝑdicabāt
vt Auguſtinꝰ. Ambroſiꝰ. Gregoriꝰ. ⁊c. Sed
mō totū eſt vanitas ⁊ pōpa. ⁊c. Jā cōpletum
eſt v̄bū apl̄i dicētis. Omes q̄ ſua ſunt q̄runt
nō que ihū xp̄i. ad Phil. ij. De dn̄is aūt tꝑa/
libꝫ iā cōpleta eſt ꝓphia Jſaie. Principes tui
infideles ſocij fuꝝ. Omes diligunt munera
ſequunť retributiones. Pupillo nō iudicāt.
cauſa vidue nō ingrediť ad eos. Jſaie primo
Nota. Principes tui infideles ex fauore inor
dinato quē dāt infidelibꝫ. ſ. iudeis ⁊ agarenis
ꝯtra legē. q2 dn̄t eſſe ſeꝑati. ⁊ ſic de aliis. Se
cūdo ſocij fuꝝ. omes iudei ſunt fures. q2 vſu
ra furtū eſt. ſʒ iudei fundāt ſe in illa autorita/
te. Nō feneraberis fratri tuo ad vſurā. Deute.
xxiij. Hoc dixit moyſes nō vt daret licentiā
ſʒ vt vitarēt maiꝰ pctm̄. queadmodum dixit
Loth de filiabꝫ ſuis illis ſodomitis. ac ſi ego
dicerē cuidā luxurioſo. O ribalde quare pec
cas cū vxore alterꝰ. vadas ad lupanar. non
ꝙ dem tibi licētiā eūdi. q2 ꝗ dn̄i recipiūt a iu
deis. iō dicūť ſocij fuꝝ. oms diligūt munera.
⁊c. Nō corrigūt pctā notoria. ſecꝰ de occultis
Fiat ꝗ rō finalis qn̄ ſol naturalis iā retraxit ra/
dios ſuos a torrētibꝫ. a collibꝫ. a ꝯuallibꝫ. et a
montibꝫ. tūc dr̄. factū eſt. dies trāſiuit. Et iā
ad oculū videtis. ꝙ ſol iuſticie mō nō illumīat
vel ſplendet in torrentibꝫ nec ꝯuallibꝫ. Quid
ergo dicetis. niſi ꝙ finis mundi erit cito ⁊ bn̄
cito ⁊ breuiter. Jdeo bonum eſt confiteri. cō
teri. reſtituere. remittere iniurias. ⁊c. Ecce q̄
re dicit thema. Elizabeth impletum eſt tem
pus pariendi.

¶ De ſancto Johē baptiſta. Ser. ij.

Man⁹ domini erat cū illo. Hec ħ ꝟbū textualiť Luc. j. officialiť in euāgelio. Tota ſolēni/
tas hodierna ē illi⁹ glioſi ⁊ ſcti pr̄iarche ꝓphe.
martyris. ⁊ amici dei Johis bap. Siliť ⁊ ſer
mo nr̄ erit de eodē. Si placet d̄o habebim⁹
mlťas bonas inſtructōes ad nr̄aꝝ aiaꝝ ꝯſo/
latione. ⁊ vite correctōꝫ. Sꝫ pmo ſalutet̄ vir
go Maria. ⁊c̄. Verbū iſtud ꝓpoſitū ꝑ thēate.
⁊ fundamēto toti⁹ nr̄i ſmonis. d̄r de btō Jo/
hāne ꝙ man⁹ dn̄i erat cū eo. Pro h⁹ ꝟbi ma/
iori declaratōe ⁊ materie p̄dicāde ītroductō
ne ſciendū. ꝙ i ſacra ſcp̄tura tā in veťi teſtam̄
to ꝗꝫ i nouo teſtamēto inueniť ꝙ ꝑ manū dei
intelligiť ꝟi⁹ dei īfinita ꝑ quā cūcta opať. Si
cut nos manib⁹ facim⁹ opa. ⁊ ſic man⁹ homis
vľ mulierꝭ hꝫ ꝙnꝗꝫ digitos ꝗb⁹ opať. iō ꝟtus
dei hꝫ ꝙnꝗꝫ attributa q̄i ꝙnꝗꝫ digitos ꝗbus
de⁹ cūcta opať eſt. Primū eſt potētia. Scōm
ſapia. Tertiū mia. Quartū gr̄a. Quintū iu/
ſticia. Primū attributū ꝟtutꝭ dei d̄r potētia
ꝗ eſt q̄ſi pollex. Jſta de⁹ fec̄ opa creatiōis celū
cū ſtellis. elemēta cū ꝓprietatib⁹ ⁊ ꝯtētꝭ. et ele/
mētata. ſ. hoīes. iumēta. arbores. mōteſ. ⁊ val
les. ⁊c̄. Scōm ē ſapia q̄ſi index. Jſto guber/
nat vniuerſa. celū. ſolē. lunā. Tertiū attribu
tū eſt miſcōia. q̄ſi digit⁹ medi⁹ ꝗ lōgior ē aliꝭ.
ſic̄ miſericordia dei ſuꝑ oīa opa ei⁹. Dd̄. Mi
ſeratōes ei⁹ ſuꝑ oia opa ei⁹ Jſto opat⁹ eſt opa
nr̄e redēptiōis. q² matia mia fuit velle hūilia
ri. vt ei credētes ⁊ obediētes exaltaret. Etiā
voluit ſuſpēdi in ligno crucis ne ſui ſuſpēde
renť in furca inferni. Quartū eſt gr̄a q̄ſi me/
dicus tāgens venaꝫ cordis ipm̄ illuminādo
ad cognoſcēdū pctā ⁊ ꝯuertēdū ⁊ ꝯfitēdū. ⁊c̄.
Jſto opat⁹ eſt opa iuſtificatōis pcōꝝ vt ſūt ſe
ptem ſacr̄a eccľiaſtica. Quintū eſt iuſticia q̄
ſi auricularꝭ. q² minor aliꝭ apparet nūc. q² in
ħ mūdo mali nō puniunť. nec boni remune/
ranť. Jſto opat⁹ ē opa retributiōis. Ecce ꝙn/
ꝗꝫ digiti ꝟtutꝭ dei cū ꝗb⁹ de⁹ cuncta creauit
Auctas. Quis ignorat ꝙ ħ oia man⁹ dn̄i fe/
cerit. in cui⁹ manu aia oīs viuētis ⁊ ſpūs vni
uerſe carnis hoīs. Job. xij. Patꝫ g̃ ꝙ man⁹ dei
d̄r ei⁹ ꝟtus infinita. ꝗ oīa corꝑalia ⁊ ſpiritua/
lia. corruptibilia ⁊ incorruptibilia fabricat⁹
eſt. Cū g̃ ꝟtus diuia opata ſit mirabilia ⁊ ma
gnas excellētias in btō Johē baptiſta. Jdo
dic̄ thema. Man⁹ dn̄i erat cū illo. Jnuenio
ꝗꝫ man⁹ ꝟtutꝭ dei opata ē in btō Johē bapti/
ꝙnꝗꝫ mirabilia alta ⁊ ſingularia. ſ.

¶ Primū annūciatio glorioſa

¶ Scōm generatio virtuoſa

¶ Tertiū ſanctificatio gratioſa.

¶ Quartū manifeſtatio gaudioſa

¶ Quintū noīatio miraculoſa

Ex his d̄r thema. Man⁹ dn̄i erat cū eo. ¶ Di
co pmo ꝙ man⁹ ꝟtutis dei opata ē in btō Jo
hāne baptiſta annūciationē glioſam. q² an̄ꝗꝫ
fuiſſet genit⁹ vel in vtero mr̄is ꝯcept⁹. fuit mi
rabiliter nūciat⁹. Jlle met archangel⁹ gabri
el ꝗ ꝟgini marie annūciauit filiꝭ dei miracľo
ſam incarnationē. nūciauit etiā zacharie pri
bri Johis natiuitatē ¶ Ad ꝑcticā. Zachari
as pr̄ beati Johis ⁊ elizabeth eius mr̄ ſtete/
runt multis annis in ſuo mr̄imonio ⁊ nūꝗꝫ
habuerūt fructū plis. Cū aūt fuiſſent iam ſe
nes ⁊ antiꝗ. intm̄ ꝙ dic̄ Nicola⁹ de lyra. ꝙ iā
dimiſerāt orōem quā ꝯſueuerāt facere vt d̄s
daret eis fructū de ſuo mr̄imonio ꝓpter eorū
antiquitatē. Zacharias aūt cū eſſꝫ ſacerdos
magn⁹ ſemel intrauit tēplū dei vt oraret. Nō
vt obtineret plem. vt d̄r mgr̄ Nicola⁹ de lyra
ſed orabat deū vt mitteret meſſiam eis ꝓmiſ
ſum. mūdi ſaluatorem. q² videbat iā tempuſ
cōpletū ⁊ ꝓphias. ⁊ orabat quaſi vellet dicere
Poſtꝗꝫ nō fui dign⁹ hr̄e plem. ad minus dn̄e
mitte meſſiā. ⁊c̄. Et ipo ſic orante. ecce appa/
ruit ſibi archangel⁹ Gabriel reſplendēs ⁊ cla
rus. intm̄ ꝙ zacharias tremēs timuit. q² con
ditio eſt ſpūs ſiue boni ſiue mali terrere ⁊ in/
cutere terrorē qn̄ apparēt. Rō. q² ex fragilita/
te carnis nō poſſum⁹ ſuſtinere viſioneꝫ ſpūs
Jō dic̄ beatus Lucas de virgine maria. Et
turbata eſt in ſmone eius. Luc̄. j. Tn̄ angel⁹
bonus ſtatim dat ꝯſolationem. Jdeo ſtatim
ſibi dixit. Ne timeas zacharia. qm̄ exaudita
eſt oratio tua. quia meſſias veniet ilico. et tu
videbis eum. ⁊c̄. Etiā annūcio tibi ꝙ Eliza/
beth vxor tua ꝯcipiet ⁊ pariet filiū ⁊ vocabi
tur nomen ei⁹ Johes. ⁊ erit gaudiū tibi et ex
ultatio. ⁊ multi in natiuitate ei⁹ gaudebunt.
Erit em̄ magn⁹ corā dn̄o. Pmo erit magnuſ
in aſperitate vite. q² nō bibꝫ vinū nec aliquē
liquorem quo poſſet inebriari. nec comedet
panem nec carnes nec piſces nec fruct⁹. Sꝫ
cibus eius erit mel ſilueſtre et locuſte. Veſtꝭ
erit non de auro ſerico lana nec de lino. ſꝫ de
pilis camelorum. nō dormiet in lecto ſꝫ i ter/
ra. nō morabiť in ciuitatib⁹ ſed i deſto. Se/
cūdo erit magn⁹ corā dn̄o in ſanctitate vite.
quoniā ante eius natiuitatē iam erit ſanct⁹

Spirituſancto replebit̃ adhuc ex vt̃o mr̃is
ſue. Lu. j. Tertio erit magnꝰ corã dño deo in
magna vtilitate. qꝛ mlt̃os filioꝝ iſrael ꝯuertꝫ
ad dñm deum ⁊ ad fidem meſſie. ⁊ ad pniam
Quarto erit magnꝰ corã deo ĩ dignitate. qꝛ ꝓ/
cedet añ eũ in v̓tute ⁊ ſpũ helye. qꝛ ſic helyas
eſt ventur̾ añ iudiciũ generale ad ꝑdicãduꝫ ꝯ
antixp̃m. ſic iſte veniet añ ſaluatoꝛ̃ aduẽtum
ſp̃m notificãdo mũdo ⁊ oñdendo. De iſt̃ no
uis Zacharias hũit gaudiũ ſinglare. Sꝫ cõ
ſiderata ſua ſenectute vidẽs manꝰ ſuas ruga
tas. cogitata ſenectute vxoꝛis ⁊ eiꝰ ſterilitate
dubitauit. Hic defec̃. Et dixit angelo. Vñ h̃
ſciam. Ego enĩ ſum ſenex ⁊ vxor mea ꝓceſſit
in diebꝫ ſuis. Lu. j. Rñdit angelꝰ ad modum
ꝑſone in dignitate. Dubiũ ponis ĩ v̓bis me/
is q̃ mẽtiri nõ poſſum. qꝛ angelꝰ bonꝰ nõ põt
mentiri nec decipe. ⁊ dixit. In h̃ cognoſces
v̓itatẽ quã tibi nũciaui. Ecce enĩ eris tacẽs.
⁊ nõ poter̃ loq̃ vſqꝫ ad diẽ natiuitat̃ eiꝰ. ꝓ eo
ꝙ nõ credidiſti v̓bis meis. Et angelꝰ receſſit.
⁊ zacharias remãſit mutꝰ. Ecce h̃ eiꝰ nuncia
tionem glorioſam. quia manus domini. ⁊c̃.
¶ Moraliter h̃ cũ dr̃. zacharias dubitauit.
in q̃ errauit. Sic eſt de multis q̃ de ſecret̃ fi
dei ⁊ veritatibꝫ diuis q̃s deꝰ denũciauit non
ſolũ ꝑ ꝓphas. ſꝫ ꝑ anglos ⁊ ꝑ ſeipſum incar/
natũ. ſꝫ multi dicũt cũ zacharia. Vñ h̃ ſciam
volẽtes diſputare quõ põt h̃ fieri ꝙ xp̃s tam
magnus ſit in tã pua hoſtia cõſecrata. Item
quõ hoſtia frãgit̃. quõ nõ frangit̃ xp̃s. Argu
menta ſunt naturalia Vñ h̃ ſciam. Magnũ
pctm̃ eſt. marie qꝛ de h̃ habetis iam exẽplum
in natura. ſ. in ſpeculo. ⁊c̃. Jõ Ambroſiꝰ Tol
le argumẽta vbi fides q̃ritur. Si dicat̃. Et
nũ q̃d Auguſtinꝰ ⁊ Thomas ⁊ aliȷ̃ doctores q̃
ſierunt argumẽta. Dico ꝙ rõẽs ⁊ argumenta
bona ſunt ꝓ ꝯfortatione intelligẽtie. ſꝫ non ꝓ
ꝯfortatione credẽtie. nec ꝓ fundamẽto credẽ
tie. Si fuiſſet dictũ tũc beato Auguſtino. q̃
re credis tres ꝑſonas in trinitate ⁊ vnũ deũ.
certe nõ rñdiſſet ex tali argumẽto vl̃ rõe. ſꝫ di
xiſſet. qꝛ ita ꝑdicauit ⁊ docuit xp̃s verus deꝰ
⁊ homo. ⁊ apl̃i etiã determinauer̃t Qui ergo
nũc querũt argumẽta ⁊ rõẽs ꝓ fundamento
fidei. tales cũ zacharia efficient̃ muti tpe an/
tixp̃i. Quia illi ſtatim cadẽt qꝛ facient ratiões
infinitas ⁊ argumenta. Sꝫ ꝑſone obedien/
tes ⁊ ſimplices ſtabũt firmiter ⁊ ſecure dicen
tes miſtris antixp̃i. Placẽt nob̃ noua noſtra.
qꝛ fides mea nõ fundat̃ in argumentis. ſed in
obedientia. Ideo apl̃us. Sermo meꝰ ⁊ ꝑdi
catio mea nõ in ꝑſuaſibilibꝫ humane ſapiẽtie
v̓bis. ſꝫ in oñſione ſpũs ⁊ v̓tutis. vt fides ve/
ſtra nõ ſit in ſapia hoim̃. ſꝫ in v̓tute dei. ꝑma
Coꝛ. ij. Nota. ſmo meꝰ. ⁊c̃. i. nõ facio funda/
mentũ in argumẽtis logicalibꝫ ſeu phiſic̃. ſꝫ
in v̓tute dei. ꝑ fidem ⁊ ſimplicem credẽtiam.
Et h̃ de ꝑmo mirabili. ⁊c̃. ¶ Dico ſecũdo. ꝙ
manꝰ v̓tutis dei opata eſt in beato Johãne
generationẽ v̓tuoſam. qꝛ a parẽtibꝫ genitꝰ fu
it v̓tuoſe ⁊ miraculoſe. qꝛ nõ ſufficiebat v̓tus
patris ad generandũ. nec matris ad ꝯcipien
dum. ſed v̓tus dei ſuppleuit dans vim patri
ad generandũ. ⁊ mr̃i ad ꝯcipienduꝫ. ¶ Nota
ad practicã Iſte bonꝰ homo zacharias facta
ſua oꝛõne redȷ̃t ad domũ. Erat enĩ de nobi/
lioꝛibꝫ hierl̃m. ⁊ etiã Elizabeth vxoꝛ ſua. Et
ex ſenectute diuiſerũt iam lectos. q̃libet doꝛ
miebat ſeorſum ſolꝰ in ſua camera. Iſtaꝫ ho
neſtatẽ ſanctã ſeruabãt antiq̃ ſancti. quia nõ
curabãt de copula carnali niſi rõe ꝓlis. Jdo
qñ mulier erat grauida diuidebãt lectũ ſtati
quouſqꝫ creatura erat ablactata. Idem qñ
erãt ſenes. Hoc habet̃ ex textu biblie. Geneſ
xviij. Dixit ſara vetula ⁊ Abraã ſenex qñ deꝰ
ꝓmiſit ſibi filium. Poſtqꝫ ꝯſenui. ⁊ dñs meus
vetulus eſt. voluptati operã dabo. Zachari/
as g̃ veniẽs de oꝛõe mutꝰ intrauit domũ ſuã
⁊ nõ potuit loq̃ vxoꝛi. nec petere debitũ v̓bo
ſed ſignis. Et admirans Elizabeth dicebat
huy huy huy dñe. bñdictus deus q̃d habet̃.
q̃d accidit vobis. nihil ſciens de annũciatõe
angeli. ⁊ cepit eũ inter brachia. Cogitate q̃li
ter elizabeth antiq̃ mirabat̃. ſꝫ finalit̃ vidẽs
voluntatẽ viri ſui ꝯſenſit. ¶ Nota hic ꝙ ex q̃
ſunt in matrimonio vnꝰ debet alteri ꝯſentire
ſiue ſint iuuenes ſiue ſenes. nec dꝫ ſe alter ex/
cuſare aliq̃ ficta deuotõe. al̃s dãnat ſe ⁊ aliũ.
Jõ apl̃s. Vxoꝛi vir debitũ reddat. ſil̃r aũt et
vxoꝛ viro. Mulier ſui corpis ptãtẽ nõ habꝫ
ſed vir. Sil̃r vir ſui coꝛpis ptãtem ñ habet.
ſed mulier. Nolite fraudare inuicẽ. niſi forte
ex ꝯſenſu ad tps vt vacetis oꝛõni. j. Coꝛ. vij.
¶ Nota hic de illa muliere deuota qñ vir ex
igebat ab ea debitũ. ſꝑ inueniebat excuſatio
nes. Si in dñica. huy ſancta mater dĩ hodie
que eſt dies reſurrectionis dñi vult̃ talia fa/
cere. Si die lune dicebat. huy hodie debet
homo rogare ꝓ moꝛtuis. Si die martis. ho
die eccleſia facit ꝓ angelis. Si feria q̃rta. ho/
die xp̃s fuit venditus. Si feria quinta. huy
domine quia hodie xp̃us aſcendit in celum.
Si feria ſexta, hodie quia xp̃us fuit paſſus

ꝓ nob. Si ſabbato. dicebat. hodie ꝗ̄ dies eſt
ꝟgis Marie. q꞉ tali die i ipa ſola remāſit fi/
des. Vidēs vir ꝙ ipa ſp iueniebat excuſatio
nes. vocauit ancillā. d. De ſero venias ad me
dormias mecū. Rn̄dit. Libent᷑ mi dn̄e. Nō
vidēs ml'ier voluit ſe ponere i lecto. ꝛ vir no
luit. Nō dn̄a. oretꝫ ꝓ nobis pctōribꝫ. ꝛ nū ꝗ̄ꝫ ex
tūc voluit vxorē cognoſcere. ita abhorruit eā
ſꝫ adamauit captiuā. Ipe peccabat mortalit᷑
ꝛ damnabat ſe ex culpa vxoris. Iō ſctā Eli/
zabeth licet eſſet deuota. ſctā. ꝛ antiq̄. ex ꝗ̄ re/
quirebat᷑ a viro ꝯſenſit. ꝛ ꝯcepit ab eo trāſactꝫ
tribꝫ mēſibꝫ vēter itumuit. ꝛ dicebat ipa. Ai
miſera. ꝗ̇d eſt h̄. nū ꝗ̇d eſſem hypocrita. finali
ter cognouit ꝙ erat ḡuida. ꝯ̄ h̄ ſcā Elizabeth
multū verecūdabat᷑. inti̅m ꝙ dicit Lucas. ꝙ
occultauit ſe mēſibꝫ ꝗ̇nꝗꝫ. Cogito ego ꝙ fecit
ſibi amplas hopulādas ſiue veſtes vt abſcō/
deret ptū. timēs ne gētes dicerēt. Ecce licet
ſit deuota. tn̄ adhuc vacat libidini. ꝛc̄. Ecce
h̄ generatio ꝟtuoſa bti Iohis. q꞉ man⁹ dn̄i ꝛc̄.
¶ Moralit᷑ h̄ ꝑ ꝯſeq̄ntiā. Si elizabeth ita
verecūdabat᷑ de h̄ ꝙ aliq̄s ꝑ̄ſumeret ꝙ ipa cū
viro ſuo vteret᷑ mr̄imonio. Quanta ꝟecūdia
dꝫ eſſe mulieribꝫ vl' virꝫ ꝗ̇ curāt de alijs. ꝓdi
tores ſūt tales. Et ſi mulier eſſet fortis poſſet
aſſigre capū viro ꝓditori. Iō apl's. Honora/
bile ꝯnubiū in oībꝫ ꝛ thor⁹ imaculat⁹. Forni
catores eni̅ ꝛ adulteros iudicabit de⁹. Heb.
vlt. ¶ Dico tertio ꝙ man⁹ ꝟtutis dei opata ē
in btō Iohe ſanctificatōꝫ ḡtioſam. q꞉ adhuc
exn̄s i vtero mr̄is ſue. Lu. j. nō ſolū fuit plen⁹
ſpū ſctō. ſꝫ replet⁹. Nō audite modum ipſi⁹.
quō fuit ſanctificat⁹. Dic̄ Chryſ. ꝙ beat⁹ Jo
hānes in vtero mr̄is ſue ꝑ ꝗ̇nꝗꝫ mēſes ꝛ ꝑ ali
quos dies ꝯ̄ ſexto mēſe ſtetit cū pctō origiali
ſꝫ in ſexto mēſe fuit ſanctificat⁹. In ſexto etiaꝫ
mēſe ſue ꝯceptōis miſſus ē gabriel ad ꝟginē
mariā ꝗ̄ ꝯcepit tūc filiū dei. ꝛ dixit tūc āgeluſ
ꝟgini quō Elizabeth ſterilis ꝯceperat filiuꝫ.
Propt᷑ qō ꝟgo Maria iuit ad viſitādum eli
zabeth. Et cū intraſſet domū fuit dictū Eli
zabeth ꝙ Maria venerat. de ꝗ̄ elizabeth ga
uiſa exiēs ei obuiā ſalutauit eā. Tūc ꝟgo ma
ria dixit ſibi. O mea bn̄dicta cognata ꝓficiat
vobis. q꞉ filiū ꝯcepiſtis. Iſta ꝟba fuerūt tāte
ꝟtutis ſic̄ ꝟbū ſacerdotꝫ in baptiſmo virtute
xp̄i ſanctificat aīam baptizati. ſic illud ꝟbum
ꝟginis ꝟtute filij dei in ea incarnati ꝛ i ea ex/
iſtentis ſanctificauit Iohem baptiſtā. San
ctificat᷑ eni̅ creatura ꝑ ꝟbū dei. j. Thymo. iiij.
Dic̄ beat⁹ Tho. in. iiij. ſniaꝝ. diſ. vj. in lr̄alibꝫ

ꝙ tūc fuit accelerat⁹ vſus rōis i Iohe. ꝛ hūit
vſum liberi arbitrij. ꝛ exultauit i vtero. Sic̄
letaret᷑ miles ſi rex daret ſibi mille florenos l'
caſtꝝ vnū de ſpeāli grā. Sic tūc btūs iohes
fuit tot⁹ let⁹ ꝛ gaudioſus. Bern̄. vocat illud
gaudiū tripudiū. Tūc elizabeth ſpū ſctō ſpi/
rata cognoſcēs ꝙ ꝟgo maria ꝯcepat filiū dei
voce mag̅ dixit. Bn̄dicta tu i mulieribꝫ. ꝛ bn̄
dict⁹ fruct⁹ vētris tui. Et vn̄ h̄ mihi ꝙ mater
dn̄i mei veniat ad me. Lu. j. Rogo vos ꝯtem
plate h̄ modicū. Sācta elizabeth erat antiq̄
ꝟgo aūt maria erat tūc iuuenis. xiiij. annorū
ꝛ amplexātes ꝛ oſculātes ſe vēter elizabeth ſe
eminebat ſup vētrē ꝟgis. iō Iohes erat alti
or xp̄o. Propt᷑ h̄ iohes retraxit ſe i vtero ma/
tris dās filio dei honorē. ſic̄ faceret miles re/
gi in codē ſcāno ſedere volēti. q꞉ miles ſtati ꝓ
ijceret ſe ad terrā. Ecce h̄ ſanctificatio ḡtioſa
¶ Moralit᷑. beat⁹ iohes oñdit nob quātā re/
uerentiā deberem⁹ facere altari xp̄i ꝛ miſtris
ſuis Virgo maria erat tūc altare in quo erat
corp⁹ xp̄i. ꝛ qn̄ iohes acceſſit ad xp̄m ꝑ ample
xus mr̄is. beat⁹ iohes retraxit ſe hūilit᷑ incli/
nādo. Multi errāt in h̄ ſtātes ꝯͤ altare. etiā
deſup appodiari. Miror q꞉ n̄ interficiūt᷑ ab
angel' ꝗ̇ ſunt ibi pn̄tes. vt ꝺ̄t beat⁹ Gregoriuſ
Antiq̄t⁹ vt hēt᷑ Nūe. j. c. Nō niſi ꝯ̄ genere aa/
ron ſi acceſſerit ad altare meū morte moriat᷑.
tn̄ in illo nō ſctificabat᷑ corp⁹ xp̄i. ſꝫ aīalia. ꝗ̄n
to ḡ magꝫ dꝫ hr̄i i maiori reuerētia altare i ꝗ̄
offert᷑ fili⁹ dei. Cogitate etiā ꝗ̇d faciet de cle/
ricꝫ luxurioſis imūde cū tractātes. Dauid tā
magn⁹ rex ꝛ ſanct⁹ cū mag̅ reuerētia veiebat
ad tēplū dei. dic̄ ipe met. Ego aūt i multitu/
dine mie tue introibo i domū tuā. adorabo
ad templū ſcm̄ tuū i timore tuo. ps. v. Dicat᷑
de his ꝗ̄ min⁹ iuſte fiūt in eccl'ijs ꝛc̄. ¶ Dico
ꝗ̄rto ꝙ man⁹ ꝟtutis dei opata fuit i btō iohe
manifeſtationē gaudioſam. q꞉ in ptu gaudio
ſe fuit manifeſtat⁹. q꞉ in ptu nō potuit latere
Secrete pn̄t ꝯcipe. ſꝫ nō ſine clamoribꝫ pere
Et q꞉ Zacharias ꝛ elizabeth erant nobiles.
iō ab omibꝫ cognoſcebant᷑. ꝛ dicebāt gentes
Scitis noua. ꝛ ꝗ̇d eſt. Illa nobil' mulier Eli
zabeth pepit vnū filiū. ꝛ alij rn̄debāt. nob vi
detur ꝙ non erat ḡuida. ꝛ etiā q꞉ erat nimis
antiqua. ſꝫ alij ecōuerſo dixerūt. imo ꝓ certo
ſꝫ abſcondebat ſe. Tūc amici ei⁹ ꝛ cognati ve
niebāt ad eā ꝛ ꝯgratulabāt᷑ ei dicētes. O cer
te bene videt᷑ ꝙ de⁹ diligit vos. q꞉ in tanta ſe
nectute dedit vobis heredem. Ecce quō ma
nus dn̄i erat cū eo i manifeſtatōne gaudioſa

¶ Moraliter oñdit nob̄ h̄ quõ deb̄m⁹ gaude
re de pſona ſterili i bonis opib⁹ ꝛ antiquata
in pctis ꝛ mala vita qñ parit fructū bonoꝝ
opeꝝ ꝛ meritoꝝ. vt elizabeth ꝯgratulabātur
amici ei⁹ ¶ Nota ꝙ h̄ nomē elizabeth ē cõpo
ſitū ex trib⁹ noib⁹. ſ. El. i. de⁹. ꝛ I. i. me⁹. et ſa
beth. i. ſeptima. Iõ elizabeth. i. dei mei ſeptia.
h̄ eſt interp̄tatio h⁹ nois elizabeth. Nõ vide
am⁹ q̄ eſt iſta dei mei ſeptima. Rñdeo ꝛ dico
ꝙ iſta dei mei ſeptima ē creatura hūana. oīa
q̄ de⁹ fecit vadūt de ſeptē in ſeptē. Septē eñ
ſunt creature p̄ncipales q̄s de⁹ fecit. terra. aq̄
aer. ignis. q̄nta eſſentia. ſ. celi. ſexta eſt natura
angelica. ſeptima natura humana. Ecce dei
mei ſeptima. ſꝫ multotiēs creatura ſeneſcit et
antiq̄t ſterilis ſine fructu bonoꝝ opeꝝ ꝛ v̄tu
tū. O q̄t religioſi ꝛ p̄ſbyteri ꝛ hoīes ꝛ mulie
res ſunt i mūdo ſteriles. q꞉ nūq̄ꝫ fecer̄t fructū
boni opis. ſꝫ qñ ꝓponūt petā ꝛ malā vitā ꝛ vo
lunt redire ad deū ꝓponendo facere illa ad q̄
tenent̄ ſm ſuū ſtatū. tūc ꝯcipiūt. Pariūt autē
qñ faciūt bona opa. qñ religioſus ſ̄uat ſuam
reglam vota ꝛ cerimonias tūc parit. Idē de
aliis. Tūc oēs amici ei⁹ ꝛ vicini d̄nt gaudere
ꝛ ꝯgratulari ꝛ regratiādo deo dicere. O d̄ iſto
bñdicto. mõ i ſua ſenectute dedit ſe deo. Sꝫ
hodie fit totū oppoſitū in mūdo Si eſt aliq̄s
religioſus diſſolut⁹ ꝛ ribald⁹. null⁹ d̄t ſibi ali
q̄d. imo oīs cõmēdant ꝛ laudāt eū. ſꝫ ſi vult
ſ̄uare ſuā reglam ꝛ viuere ſm q̄d vouit. ſtati
pſequit̄ ab aliis. Idē de clerico. Idē d̄ laico
hoīe ꝛ muliere vana ſi vult dimittere vanita
tes. ꝛ p̄t dicere. Cõgratulamī mihi oēs. quia
inueni ouē. i. aīam quā pdiderā. Lu. xv. Et
tñ int̄m ille pſequit̄ ab aliis q̄uſq̄ꝫ faciāt eū p
dere aīam cū aliis ¶ Dico q̄nto ꝙ man⁹ dñi
fuit opata in btõ Iohē baptiſta noīationem
miraculoſam. fuit eñ mirabilit̄ noīat⁹ Poſt
ei⁹ natiuitatē. ſ. octaua die ſm legē moyſi cir
cūcidebāt pueros. ꝛ ſic nūc i baptiſmo nos i
ponim⁹ noīa. ita tūc i circūciſiōe iponebant̄
Cū aūt rabin⁹ teneret iā illā pelliculā. ꝛc. q̄ſi
uit a m̄re quõ vocaret̄. dixerūt circūſtantes.
vocet̄ vt pr̄ ſu⁹ zacharias. Sꝫ m̄r reuelatiōe
ſp̄ūſ ſcti ꝯdixit. Nequaq̄ꝫ. ſꝫ vocabit̄ Iohes.
Illi v̄o admirātes de tali noīe. dixer̄t ad illā
q꞉ nemo eſt i cognatōe tua q̄ vocet̄ h̄ nomie.
Tūc iuerūt ad p̄rem ſuū ꝛ innuebāt p̄ri eius
quē vellꝫ vocari eū. adhuc aūt pr̄ ei⁹ erat mu
tus. Et dic̄ h̄ glo. ꝙ etiā erat ſurd⁹. iõ innue
bāt ei p ſcp̄turā quõ vocaret̄. q̄ poſtulans pu
gillarē ſcp̄ſit dicēs. Iohes ē nomē ei⁹. q. d. n̄

impono ego ſibi h̄ nomē ſꝫ dñs. Tūc pr̄ ſubi
to recupauit loq̄lā dicēs. Bñdict⁹ dñs d̄s iſ
rael. ꝛc. Ecce h̄ quõ fuit ei⁹ noīatio miraculo
ſa ¶ Moralit̄ h̄ nota ꝛ itrabim⁹ p q̄ſtionem.
Nõ nomē eſt meli⁹. zacharias vl' iohes. ꝛ vi
det̄ ꝙ iohes. q꞉ dixit m̄r. Neq̄q̄ꝫ vocabit̄ Za
charias. ſꝫ Iohes. Rñdeo. Zacharias ſm in
terp̄tationē hebraicā interp̄tat̄ memorās de
um. Illõ nomē Iohes i decē ḡdib⁹ excellit h̄
nomē zacharias. Nā ſi aliq̄ pſona ſit i petis ꝛ
vult dimittere petā cupiens ſaluari grā dei.
optet ꝙ tal' pſona ſit p̄mo zacharias. ſ. memo
rans deū quē offendit. ꝛ ꝙ hēat ꝯtritionē de
petis. Scdõ ꝙ hēat ꝓpoſitū nõ redeundi ad
petā. ꝛc. Dicūt ꝙ nouē ſunt opa pn̄ialia. nec
tñ in nono ope eſt Iohes ſꝫ zacharias. ſꝫ i de
cimo ope. ſ. in cõicatōe ſacramētali. q꞉ tūc hꝫ
donū grē. vel i q̄ eſt grā. ꝛ tūc ē Iohes. Ecce
rōem q̄re d̄t. neq̄q̄ꝫ vocabit̄ zacharias ſꝫ Io
hānes. ꝛc. ad īuuendū ꝙ eſſꝫ pfect⁹ in pn̄ia et
grā dei. Iõ Iſa. xlix. Dñs ab vtero vocauit
me. ꝛ d̄ vētre m̄ris mee recordat⁹ ē nois mei.
Et d̄r i pſona btī iohis. q꞉ ſm grām ꝛ pfectō
nē quā de⁹ debuit ſibi dare ipoſuit ſibi nomē
Ergo man⁹ dñi erat. ꝛc.

¶ De ſancto Petro aplo

Beatus es Simon

bariona. Math. xvi. Feſtū ꝛ ſolēni
tas hodierna ē duoꝝ aploꝝ maioꝝ
ꝛ p̄ncipū alioꝝ q̄ eodē die martyriſati ſunt p
xp̄o. ꝛ in eadē ciuitate. ſ. rome. ſub eodem im
peratore. ſ. Nerone. Et tāta eſt dignitas cu
iuſlibet ipoꝝ. ꝙ eccīa hodie fac̄ feſtū de beato
Petro. ꝛ cras d̄ beato Paulo. Idē faciā ego.
q꞉ hodie erit ſmo de beato petro. ꝛ cras d̄ be
ato Paulo. q꞉ hodie nõ ſufficeret de ambob⁹
p̄dicare. Sꝫ vt ſmo p̄ns ſit in laudē ꝛ reue
rētiā. ꝛc. Salutet̄ v̄go maria. ꝛc. Et reſumat̄
thema. Verbū ꝓpoſitū p themate ꝛ fundamē
to nr̄i ſmonis. req̄rit aliquā lr̄alē declaratõꝫ
Pro q̄ ſciendū. ꝙ Petr⁹ añq̄ꝫ eſſꝫ xp̄i diſcipu
lus. apl's. ꝛ papa vniuerſalis. vocabat̄ ſymõ.
ſꝫ poſtq̄ꝫ fuit diſcipul⁹ xp̄i ꝛ apl's. xp̄s ꝯſtituit
eum papā ꝛ vicariū ſuū vniuerſalē. ꝛ impo
ſuit ſibi nomē Petr⁹. Sic fit etiā mõ qñ pap̄
eligit̄. mutat̄ ſibi nomen. ꝛ quaſi mutat̄ in al
teꝝ viꝝ ꝛ nouā creaturā. ita fecit xp̄s Marc.
iii. Et impoſuit ſymoni nomen petr⁹. Pater
v̄o beati Petri vocabat̄ Iohes. ꝛ aliquotiēs
groſſo modo dicebatur Iohāna. ꝛ aliq̄tiens
diminutiue Iohannet. aliquotiēs vt cõit̄ d̄r

Johā. Sic nos cōiť facimꝰ i nr̄o vulgari de
aliq̄ ꝓprio noīe. ita iudei vocabāt p̄rem Petri
Et ita etiā xp̄s ipm̄ noīauit. Aliq̄tiēs vt cōiť
dr̄ Johēs vt ibi. Simō iohis. i. filiꝰ iohis. dili/
gis me Jo. vl. Aliq̄tiēs groſſo mōvt ibi. Tu
es Simō filiꝰ ioha. Jo. j. Aliq̄tiēs diminutiue.
vt ibi. Btūs es Simō bariona. i. filiꝰ iohanna
.i. iohāner. Pꝫ thema ſm expoſitōꝫ lr̄alem. ⁊
ſū i materia p̄dicāda i theate. Petrꝰ vocať bi
nomiꝰ. ⁊ ponūť ibi duo noīa. ſ. ſimon ⁊ bario
na. Et q̄dlibet nomē hꝫ duas interp̄tatōes.
in q̄bꝫ oſtēdūť q̄ttuor ꝟtutes i Petro, ꝓpť q̄s ē
btūs i celo. ſ. ꝓmpta obediētia. aſpa pn̄ia. re/
cta intētio. dura paſſio. ¶ Quātū ad p̄mā ꝟ
tutē p quā. b. Petrꝰ ē btūs: dr̄ ꝓmpta obediē
tia. q̄ notať h̄ cū dr̄. ſimon. qđ interp̄tať obedi
ens. qn̄ eīm ꝑſona audit ⁊ obedit ꝟbis ⁊ māda
tis dei. ⁊ ſine aliq̄ excuſatōe iplet volūtatē dei
vt ſuꝰ fideľ volūtatē dn̄i ſui. obediēs ē ⁊ mereť
ſalariū. ſ. ſolui i fine ſuitij. Sic q̄ in h̄ mūdo
fuit ꝓmpte ⁊ obedit ꝟbis ⁊ mādatꝭ dei qn̄ ſer
uierit ſuitiū. ſ. i morte. iuſte hēbit retributōꝫ
⁊ btitudinē ꝓ ſalario. Jō Lu. xj. Beati q̄ au/
diūt ꝟ. dei ⁊ cuſto. il. Hāc obedientiā habuit
Petrꝰ. vt patet Mat. iiij. Ambulās Jh̄s iu/
xta mare galylee vidit duos frēs. ſimonē qui
vocať Petrꝰ ⁊ andreā frēm eiꝰ. mittētes rete i
mare. ⁊ ait ilľ. Uenite pꝰ me faciā vos fieri pi
ſcatores hoim. At illi ꝯtinuo relictꝭ retibꝫ et
naui ſecuti ſunt eū ¶ Ad p̄ticā. Btūs petrꝰ
anq̄ʒ eēt diſcipulꝰ xp̄i erat piſcator paup. itē̄
q̄ ipſe ⁊ frať ſuꝰ. b. andreas habebāt ſolū vnā
barcā ⁊ vnū rete. ⁊ viuebāt ſic đ ſuis laboribꝫ
Sic piſcādo q̄dā die ipſo exiſtēte i ſtagno. ſ.
mari galylee. iuxta litꝰ dicti maris ſeu ſtagni
tūc ipſe xp̄s vidit Petꝝ ⁊ andreā. q̄bꝫ dixit. O
boni hoies ⁊ q̄d ibi facitis. Rn̄derūt. Dn̄e vo
lumꝰ piſces cape. Sciēs xp̄us q̄ alibi plꝰ ꝓfi
ceret q̄ʒ ibi. dixit eis. Uenite pꝰ me faciā vos
fieri piſcatores hoim. Ego eīm docebo vos
piſcari reges. p̄ncipes. duces. comites ⁊ mul
taꝝ gentiū generatōes. In his verbis. veni/
te pꝰ me ⁊c̄. ſūt duo. p̄mo dat intelligi. q̄ eccľa
xp̄iana ē ſicuť nauis triū coopturaꝝ. Prima
cooptura baſſa ſiue inferior ē religioſoruꝫ ſe
humiliātiū Et ſic cooptura inferior ē ſecre/
ta. ſic religioſus debet eē ſecretꝰ i clauſtro in
cella. nō ire ꝑ vias vel plateas tractādo nego
cia ſclaria. Scđa cooptura ſignat ſtatū pre
ſbyteroꝝ. q̄ debēt miſtrare ſacra eccľie. cōiter
in media cooptura ſtant bone merces ⁊ ma/
gni valoris. Sic in manu p̄ſbroꝝ ⁊ poſſe eo/
rū ſtāt merces ꝑadiſi. ſ. ſacra, ꝓpter q̄ habemꝰ
vitā eternā. Tercia cooptura ē ſtatꝰ laicoꝝ. q̄
vadūt hincinde p mūdū ſicut mercatores. et
illi de naui q̄ vadūt p coopturā exercēdo la/
borē nauis. De iſta dicebat Salomon. Fa
cta ē q̄ſi nauis inſtitoris. i. mercatoris. đ lon
ge portās panē ſuū. i. mercantiā. h̄ ē aīam bo
nā Prouer. vl. Scđm ſecretū ē cū dicit. Fa
ciā vos fieri piſcatores hoim. q̄ ſunt p̄dicato
res. Predicatio ē vt rete. q2 ſic rete ē totū col
ligatū ⁊ vna corda trahiť. ſic p̄dicatio euāgeli
ca ē de diuerſis cordis. ſ. auctībꝫ. rōnibꝫ. para
boľ. ⁊ oīa ſunt colligata. Si p̄dicatio ſit bn̄
ordinata. ⁊ trahunť vna corda. ſ. themate qđ
ē fundamētum ſmonis. Predicatores illos
mittit deꝰ Hiere. xvj. Propterea ecce dies ve
niūt ⁊ mittā eis piſcatores ⁊ piſcabuntur eos
Multos piſcatores miſit. q2 apľos. marty/
res. ꝯfeſſores. et nos. q̄bꝫ dicit. Laxate retia
vr̄a in capturā. Nō dicit plicate. ꝯ illos qui
habēt magnā ſciam. ⁊ tenēt plicatā. ⁊ nolunt
ſe diſponere ad p̄dicandū ad capiendū pi/
ſces. Ecce q̄re dicit. Uenite pꝰ me ⁊c. ac ſi di
ceret. Dimittite illā barcā ꝑuā cū qua mō ca
pitꝭ piſces. ⁊ ponā vos i magna naui eccleſie
triū coopturaꝝ. Dimittite retia illa ⁊ habebi
tis doctrinā euangelicā. Dimittite illud ma
re. ⁊ ponā vos piſcatores hoim. regū. militū.
⁊ alioꝝ. Hec oīa intellexit Petrꝰ ꝟtute diuia
qn̄ xp̄s ore ſuo dixit. Uenite pꝰ me ⁊c̄. Et co/
gnouit ipm̄ vex Meſſyā ⁊c̄. Ut g̃. b Petrꝰ ha
beret loco retis doctrinā euangelicā. ⁊ poſ
ſet i naui eccľie p mōm piſcari hoies, ꝓmpte
obediuit. Nā dicit euangꝭ. Relictꝭ retibꝫ ⁊ na
ui ſecuti ſūt eū inꝯtinēti Petrꝰ ⁊ andreas. Be
atꝰ g̃ Petrꝰ flexis genibꝫ dixit corā xp̄o i corde
ſuo. Nolo rete nec nauē ex q̄ vos poſuiſtꝭ i cor
de meo affectōem piſcādi i mari huiꝰ mōi ⁊ eū̄
naui eccľie ⁊ doctrina euangelica incorrupti
bili ⁊c̄. ⁊ ſubito iuit cū xp̄o. Ecce ꝓmpta obe
diētia Petri. Dicať hic ꝯ defectū huiꝰ mundi
Nā oēs vocamur a xp̄o. ſ. xp̄iani. iudei. agare
ni. et nos nolumꝰ ire. Uocat eīm nos illumi/
nando corda nr̄a. dās cognitōeꝫ đ p̄ctis. et
ſtatim deberemꝰ ipm̄ ſeq̄. ſed accidit nobis
vt amueli q̄ vocabať a deo. ⁊ ipſe ibat ad he
ly. Nota hyſtoriā. j. Re. iij. Nō ſic fecit Job q̄
dic̄. Uocabis me ⁊ ego rn̄debo tibi. nō hely.
Job. xiiij. Cōtra tales dic̄ xp̄s. Uocaui ⁊ re
nuiſtꝭ. extēdi manꝰ meas ⁊ nō fuit q̄ aſpiceret.
Prouer. j. ¶ Moraliť cū dicit. faciā vos fie/
ri piſcatores hoim. Notēt h̄ religioſi ⁊ aliȷ̄ q̄

bñt ꝑdicādi officiū.qꝛ oēs ſūt piſcatores.rete
ē ꝑdicatio euāgelica.Ego mō extēdo rete.et
cū aliq̄s audiēs ꝑdicatōez ꝓponit dimittere
pctā ⁊ vicia.⁊ hꝫ redeūdi ꝓpoſitū ad deū.tunc
predicator pōt dicere vnū piſcē cepi.Qñ no
bil' vl' miles ꝓpt' predicatōem dimittit pōpā.
odiū vl' rancorē inimico ſuo.cepim⁹ vnū del
phinū.O tales piſces ⁊ piſcatores q̄ʒtū pla
cēt dō.Idē ō nobili dña dimiſſis vanitatib⁹
ornamētiſ ⁊ hmōi.⁊ ꝯfitet'.⁊ ꝓponit bñ viuer'.tūc
pōt dici ꝙ cepim⁹ vnā tonymā.Qñ aūt i pre
dicatōe ꝯuertit' agricola aut ſimplex hō:capit'
ſūdul⁹.Idē ō mliere paupe:capit' vna ſardia.
Et i die iudicij dicet xp̄s predicatorib⁹.Ve
nite nūc ⁊ prādete.Et qñ ipſi dicent.ō q̄ dñe.
Tūc ipſe rñdet.Afferte ō piſcib⁹ q̄s prē.Jo.
xxj.O q̄d erit ō iſto predicatore q̄ dicet.Dñe
ego nō ſū piſcat⁹ niſi aliq̄uā ⁊ broſā.ſ.pecunias
raupas.comeras.faīliaritateſ.famā.Jō amo
re dei laborem⁹ vt capiam⁹ aīas.Nā i iudicio
q̄libet venit cū aīab⁹ q̄s ꝯuertit dicēdo.Ecce
duos piſces q̄s ego prendidi.O q̄t piſces.q̄t
aīas ducit.b.petr⁹ ſecū q̄ i ꝑma predicatōe cō
uertit tria milia aīaꝝ ⁊ hoim.vide Act.ij.⁊.
iiij.c. ¶ Quātū ad ſcdam ꝟtutē ꝑ quā.b.petr⁹
ē beat⁹ i ꝑadiſo.ē aſꝑa pnīa.qd̄ oñdit' cū dr̄.ſi
mō.qd̄ ſcd̄o mō inꝑ̄pretat':ponens triſticiā.ſ.
pnīe.De q̄ aplſ dr̄.Que ſ̄m deū triſticia eſt:
pnīam in ſalutē ſtabilē opat'.ij.Cor.vij.No
ta.q̄ ſ̄m deū.i.qñ diſplicet hoi ō offēſis factiſ
deo.tal' btitudinē meret'.qꝛ verā pnīam facit
Vñ.Bti q̄ lugēt.qm̄ ip̄.ꝯſo.ſ.i btitudine cele
ſti Nō attēdat' ad pnīaꝫ.b.petri.In q̄b⁹ ei
fecit pnīam.i comedēdo.i potādo.i veſtiēdo
In comedēdo ſciatiſ ꝙ ſel' fuit introgat⁹ quā
vitā ducebat.Rñdit.Cib⁹ q̄tidian⁹ eſt panis
cū oliuis.⁊ raro cū olerib⁹ qꝛ ſolū i magnis
feſtiuitatib⁹.Ecce vita ſua licet eēt papa.Sꝫ
q̄rit'.vnde ḡ exiuerūt tot capones galline.fay
ſans.ſalſe ō diuerſ' manerijs.q̄ iā ſūt in mēſa
prelatoꝝ.Dicat' truffatiue ꝙ ille oliue.b.Pe
tri erant ḡuide.⁊ pepererunt capones ⁊ alia
predicta.Itē fuit introgat⁹ ō veſtitu.⁊ rñdit
Veſtimēta mea tunica quā vides cū mātello
tā i hyeme q̄ʒ i eſtate.Ecce ꝑma veſtis ꝑmi vi
carij xp̄i.Sed q̄rat'.vñ ḡ exiuerēt tot ſūptuo
ſe veſtes ⁊c̄.q̄s portat prelat⁹.tot foderature.
onis. De cetero fili ſanctificabo iſtā diē cum
antea ſabbatū ſanctificareſ. ſed in memoriā
vr̄e reſurrectōnis ſctificabo diē dn̄icā. Mō
videam' expientiā in xp̄o. q̄ ḋt. Nō veni ſol/
uere legē ſꝫ adimplere. Dicaſ quō xp̄s nō ſo/
lū cū fuiſſet magn' ſꝫ etiā puer paru' cū vir/
gine mr̄e ſua ibat ad templū ḋ nazareth vſq̄ꝫ
ad hierl'm. Auctas. Cū eſſet ih̄s annoꝝ. xij.
aſcendētib' pentib' hieroſolymā ſm ɔſuetu/
dinē diei feſti. remāſit puer ih̄s in hierl'm ꝛc̄.
Lu. ij. Dicaſ ɔtēplatio ſi fuiſſet dictū v̄gini
in medio vie ambulāti cū magno frigore vl'
pluuia ſeu niue. Uirgo bn̄dicta q̄ itis. Re/
ſpōdiſſet. vado ad templū in hierl'm. Si di/
caſ. o v̄go ꝛ nūquid vos eſtis tēplū. Domus
pudici pectoris templū repēte fit dei ꝛc̄. Et
xp̄s etiā fili' vr̄ eſt tēplū. Hoc aūt dicebat de
templo corpis ſui Joh. ij. Rn̄diſſet v̄go ma/
ria cū filio. Hoc facim' exēplo xp̄ianoꝝ qn̄
audiēt q̄ ego cū tanto labore ibā ad templū
ip̄i vadāt ꝛc̄. Ecce quō xp̄s ſuauit p̄ceptum
qḋ ip̄e dederat. Jō nō tangam' diē dn̄i. Di/
caſ. Jn dn̄ica ſunt. xxiiij. hore. xxiij. ſint p no
bis ad dormiendū. comedendū. nō ad taxil/
los ꝛc̄. Detis vnā horā deo. ſ. in miſſa audiē
da q̄ cōiter durat p horā. lꝫ ſint multi clerici
q̄ in vna hora dicerēt tres vel q̄ttuor miſſas
Audiaſ miſſa deuote ꝛ cū ſilentio. Jō in in/
troitu eccl'ie recipiſ aqua benedicta in fron/
te vt claudaſ intellect' ne cogitet in negocijs
tp alib'. Jtē ore p pter ſilentiū ꝛ in corde p pter
malas cogitatiōes vitādas. Maledict' eſt q̄
iſtud ſuitiū diei dn̄ice nō facit deo. O quot
pctm̄ eſt illoꝝ q̄ iſtā horā nolūt dare dō. Di/
caſ quō oīa bona ꝛ poſſeſſiōes pficiūt pl' ex
illa hora q̄ daſ deo q̄ꝫ p oīb' laborib' veſtris
Dicaſ h̄ pabola ḋ rege q̄ tpe famis habebat
vnā ſolā gallinā ad comedendū. q̄ diuiſa cū
ſuis ſolum caput retinuit. ſꝫ ſurrepto capite
galline dederunt canib'. Jſte rex eſt de' bn̄s
ſolū vnā gallinā. ſ. ſeptimanā. p quā totū tē/
pus currit. Et ne moriamur fame. eā diuiſit
nobiſcum dando nobis ſex ferias. ſcꝫ feriam

ſecūdā tertiā q̄rtā q̄ntā ꝛ ſextā ꝛ ſabbatū. So
lū ſibi retinuit caput.ſ.dn̄icā. ꝛ nos q̄d faci⁹
dam⁹ ipm canibꝫ inferni. Prio mlͤieres dāt
ipm cani vocato Leuiathā.q̄ tēptat de ſup
bia.ornando ꝛ pingēdo ſe ꝛc̄.in die dn̄ica vt
videant̄ iuuenes. Itē iuuenes q̄ tali die va
dūt ad lupanar dāt aſmodeo pncipi luxurie
Luſores dāt ipm mamone p auariciā. Itē
inuidi q̄ iudicāt trāſeūtes. De q̄bꝫ dd̄ in ps.
dic̄. Aduerſū me loq̄bant̄ q̄ ſedebāt ꝛc̄. dant
ipm beelzebub q̄ tēptat de inuidia. Itē gulo
ſi dāt ipm beelphegor. q2 tūc fiūt exceſſus ci
bi ꝛ pot⁹ ꝛc̄. Itē iracūdi dāt ipm baalberith
q2 in dn̄ica recipiūt gladios pcutiēdo ſe. Itē
accidioſi dāt ipm aſtaroth. q2 neſciūt opari
ſpūalit̄. Iō dic̄ de⁹. Sabbata mea cuſtodi
te ꝛ ſcrūariū meū metuite. Ego dn̄s.leui.xix

Sermo ſecūd⁹ infra eaſdē octauas.

Non ueni ſoluere

legē ſꝫ adimplere. Math.v. Ser
mo nr̄ erit de ſc̄do ternario māda
toꝝ dei q̄ ordināt nos circa ꝓxim.ex q̄ iā heri
declaraui pma p̄cepta q̄ ordinant circa deū.
Sꝫ ſalutet̄ pus ꝟgo Maria. Scd̄m q̄ heri
tetigi. Obſeruātia p̄ceptoꝝ dei eſt via plana
ꝛ recta vſq3 ad pădiſū. De q̄ Iſa.xxx. Hec eſt
via ambulate i ea. nec declinetis ad dexterā
neq3 ad ſiniſtraꝫ. Nota.neq3 ad dexterā neq3
ad ſiniſtrā. Nā dupliciť fit ꝯ dei p̄cepta. Ali
qui trāſgrediūt̄ dei p̄cepta vt acq̄rāt aliquā
ꝓſpitatē dignitatē ſeu honorē. Iſti declināt
ad dexterā.q̄ ſigt ꝓſpitatē. Aliq̄ faciunt ꝯ dei
p̄cepta timore alicui⁹ damni ſeu piculi. ꝛ ta
les declināt ad ſiniſtrā. Sic ĝ via mādatorū
eſt plana Et tot ſūt diete q̄t ſūt p̄cepta. Tria
pma p̄cepta de q̄bꝫ p̄dicaui heri ſunt pncipa
lia ꝛ maiora. De q̄bꝫ allegorice dixerat moy
ſes Exo.iij.et.v. Ibim⁹ viā triū dierū in ſoli
tudine. Nota q̄ tria p̄cepta pma ſolitaria di
cunt̄.q2 ſolū habēt reſpectū ad deū. Et ſacri
ficabim⁹ dn̄o deo nr̄o Per pmū p̄ceptū ſacri
ficam⁹ deo cor p fidelitateꝫ. Per ſecūdū lin
guā p reuerētiā. Per tertiū corp⁹ p diligētiā.
Sꝫ de his dictū ē in p̄cedēti ſmone.ideo mō
eſt dicendū de alijs tribꝫ diebꝫ ſiue p̄ceptis.
Primū ordinat circa amicos pncipalit̄. ſe
cundū circa inimicos ſingularit̄.tertiū circa
oēs ꝓximos generalit̄. Dico pmo q̄ pnci
pales amici q̄s hēm⁹ inter oēs ꝓxios ſūt pa
rentes. Iō de⁹ ponit eos pmo loco di. Ho
nora patrē tuū ꝛ matrē tuā. vt ſis lōgeu⁹ ſup
terrā. Exod̄.xx. Que eſt rō h⁹ p̄cepti. Dico q̄
triplex eſt rō. Prima ē ꝓpter pncipalitatē. ſe
cūda eſt ꝓpter vtilitatē. tertia ē ꝓpter antiq̄
tatē. De pma.iā ſcitis q̄ parētes circa filios
hn̄t rōem cauſe ſeu pncipij. Et in h̄ ſūt ſiles
deo.q̄ eſt cā ꝛ principiū oim rerū. ꝛ ex h̄ vult
honorē ꝛ reuerētiā a nobis ſibi exhiberi. Iō
ait dd̄. Afferte dn̄o glīā ꝛ honorē afferte dn̄o
gloriā noi ei⁹. ps.xxviij. Eadē rōne vult de⁹
q̄ honorem⁹ parētes.q2 ſūt cā ꝛ pncipiū filio
rū. De ſc̄da rōne.ſ.ꝓpter vtilitatē. Iā ſcitꝫ q̄
pſona vtilis ꝛ pficua alicui. p illū valde ho
norat̄. Nō etiā ſcitis quō parētes ſūt vtiles
ꝛ pficui filijs cum p tot labores eis ꝓuident.
Mater cū quāto labore portat filiū i vtero.
ꝛ lactat de ſanguie. q2 lac nō eſt niſi ſanguis.
q̄ p nimiā decoctionē dealbat̄. ꝛ quō paſcit fi
liū maſticādo ꝛc̄.qn̄ nō potes tibijpſi ꝓuide
re. Iō qn̄ ipi ſunt ſenes vel paupes tu debes
ꝓuidere eis. Iſtas duas rōnes ponit ſcptu
ra di. Honora pr̄eꝫ tuū. ꝛ gemit⁹ mr̄is tue nō
obliuiſcariſ. Memēto qm̄ niſi p illos natus
nō fuiſſes. Ecci.vij. Ecce pma rō. ꝛ tribue il
lis quō ꝛ illi tibi. Ecce ſc̄da. De tertia ratiōe
notandū q̄ rō dictat iuueni vt honoret anti
quū.imo etiā de h̄ eſt p̄ceptū di. Corā capite
cano ꝯſurge. ꝛ honora pſonā ſenis Leui.xix.
Cū ĝ q̄libet pater ꝛ mr̄ reſpectu filioꝝ ſint ſe
niores. ꝛ ꝓpter ſenecturē aliq̄s ſit honorād⁹.
multo ĝ plus parētes. Nō ſufficit honor de
capucio.ſꝫ ꝟbis ꝛ factis honorē oꝫ exhibere.
Nō videam⁹ expientiā h⁹ p̄cepti in xp̄o. Di
co q̄ nūq̄ fuit fili⁹ q̄ tantū honorauerit ma
trē vt xp̄s ꝟginē ꝛ pr̄em putatiuū.ſ. Ioſeph.
nō ſolū ꝟbo ſꝫ etiā ope ſeruiēdo. Dicat̄ cū vir
go ꝛ fili⁹ ei⁹ ih̄s ſtaret in nazareth cū Ioſeph
nō legit̄ q̄ in ei⁹ domo hr̄et ancillā ſeu capti
uā ad ſeruiēdū.et iā ſcitis q̄ in domo vbi ſūt
tres pſone requirit̄ aliq̄d ſeruitiū ꝛc̄. Modo
oportet dicere q̄ illud faciebat ꝟgo vel Io
ſeph vel xp̄s. Modo interroget̄ Lucas q̄s
illic ſuiebat. ꝛ dic̄ q̄ xp̄s. Deſcendit cū illis
ꝛ venit in nazareth. ꝛ erat ſubdit⁹ illis. Luce
ij. Clare dic̄ q̄ xp̄s ſuiebat i domo. imo etiā
ipemet dic̄. Filius homis non venit miſtra
ri ſed miniſtrare. Math.xx. Cuꝫ ĝ xp̄s eſſet
decē vel duodecim annoꝝ ſuiebat in domo
ſingularit̄ dicā vobis vnū ſeruitiū q̄d dicit
magiſter hiſtoriaꝝ ſcolaſticarū. q̄ chriſtus d̄
fonte nazareth portabat aquam. Ponat̄ in
practica vt ſentiat̄ deuotio. Si tunc fuiſſet
queſitū a chriſto. O domine ih̄u vos porta

tis aquã.q̃re nõ facit Michael vel aliq̃s an
geloꝝ.r̃ndiſſet. Hoc facio vt qñ xp̃iani h̃ au/
diẽt diſcãt ſ̃uire p̃entibꝫ. Jõ dic̃.erat ſubdit⁹
illis. Exẽplo ḡ xp̃i q̃libet vr̃m ſ̃uiat ⁊ hono/
ret parẽtes ⁊ parẽtibꝫ ſ̃uiat. Sꝫ eſt h̃ q̃ſtio q̃
videt̃ ꝯ dei p̃cepta de honore parentũ. Cuꝫ
xp̃s p̃dicaſſet ſel̃ m̃lti ſeq̃bant̃ eũ.⁊ ip̃e ꝯ̃tens
ſe ad illos dixit. Quid vultis vos. R̃nderũt.
Dñe volum⁹ ire poſt vos vt audiam⁹ ſ̃mo/
nes ṽros et h̃eam⁹ indulgẽtias. Quibꝫ dixit
Si q̃s venit ad me ⁊ nõ odit patrẽ ſuũ ⁊ ma/
trẽ ⁊ vxorẽ filios ⁊ fratres ⁊ ſorores.adhuc ⁊
aiaꝫ ſuã.nõ põt ẽẽ me⁹ diſcipul⁹ Lu.xiiij. Ui
det̃ ḡ ꝙ in iſta auc̃tate de⁹ vult ꝙ hõ odiat pa
rẽtes. R̃nſio ẽ iſta ſi parẽtes ſolũ diligãt car/
naliter filios ⁊ parũ curãt d̃ aiabꝫ tũc nõ de/
bẽt eos diligere vt.ſ.eos ſequãt̃. Qñ d̃r ḡ odi
re patrẽ intelligit̃.ſ.in his q̃ ſũt ꝯ deũ. Uerbi
gr̃a. Si pr̃ d̃r filio ꝙ vindicet eũ de aliq̃ iniu
ria vel ꝙ furet̃ ⁊c̃. Nõ dꝫ obedire pr̃i.ſꝫ odire
eũ in h̃ qđ ẽ ꝯ deũ. Tali mõ etiã odire matrẽ
⁊ fratrẽ ⁊ ſororẽ etiã aiam. vitã.ſ.ſenſualẽ ad
malũ inclinantẽ. Et ſic dicta auc̃tas intelli/
git̃. Jõ d̃r ſcr̃ptura. Filij obedite p̃entibꝫ v̄ris
in dño. Hẽ m̃ iuſtũ ẽ. Honora patrẽ tuũ ⁊ ma
trẽ tuã.qđ ẽ mãdatũ p̃mũ in p̃miſſiõe. vt bñ
ſit tibi.ſ.q̃ꝫtũ ad abũdantiã bonoꝝ tẽpaliũ
⁊ ſis lõgeu⁹ ſup terrã.ad Eph.vj. Promittit
h̃ de⁹ duo q̃ hoĩes cõiter appetũt.ſ.abũdan/
tiã bonoꝝ t̃paliũ ⁊ longã vitã. Per oppoſitũ
q̃ nõ honorat parẽtes erit paup̱. ⁊ paꝝ viuet
⁊ malũ finẽ faciet ¶ Secũdũ p̃ceptũ ordi/
nat circa inimicos ſingularit̃. cũ d̃r. Nõ oc/
cides. Exo.xx. Solũ loquit̃ de p̃ncipali in/
iuria.ſ.nõ occides.in q̃ oẽs alie iniurie inclu
dunt̃. Jſtud p̃ceptũ nõ extendit̃ ad dños ſeu
ad iudices terre.qm̃ ipi debẽt occidere ma/
lefactores ſ̃m formã iuris ⁊c̃. Si aũt amore
vel fauore vel pecunia liberẽt aliquẽ maleſa
ctorẽ a furca ꝯdẽnant ſeip̃os ad furcã infer/
ni. Nã p̱ iuſticiã ꝯſeruãt̃ ciuitates. Jõ Exo.
xxij. Maleficos nõ patierꝭ viuere. Sꝫ iſtud
p̃ceptũ intelligit̃ de ſex mortibꝫ iniuſtꝭ q̃ fiũt.
Prima.nõ occides.ſ.p̱ vindictã.ſic̃ fit hodie
in mũdo.nõ ſolũ occidẽdo iniuriantẽ et no/
centẽ.ſꝫ ignorãtẽ ⁊ innocentẽ. Jõ d̃r ſcr̃ptura
Fili⁹ nõ portabit iniq̃tatẽ pr̃is.⁊ pr̃ nõ por/
tabit iniq̃tatẽ filij. Ezech.xviij. Secũda.nõ
occides.ſ.p̱ impatiẽtiã. Nã multi ſunt q̃ ha/
bent malas vxores ⁊c̃. non ḡ debẽt occidere
nec deſiderare mortẽ ei⁹. Per oppoſitũ etiaꝫ
de vxoribꝫ.nõ occidere nec deſiderare debẽt

mortẽ viri. Tertio nõ debẽt occidere p̱ aua/
riciaꝫ.vt latrones in via p̱pter pecunias.nec
al̃s p̱pter hereditatẽ ꝯſequẽdã. Quarto.non
occidere p̱ negligẽtiã.vt oppreſſores dormiẽ/
do negligẽter. vel lactãdo mulieres q̃ habẽt
groſſa vbera ſuffocãt filios. Jõ cũ duobꝫ di
gitis teneat̃ gladi⁹. Quito.nõ occidere p̱ in/
ſolentiã vt mulieres grauide debent cauere
vt nõ coriſent.nec al̃s grauit̃ laborẽt qꝛ poſt
q̃ꝫ ſentit ſe grauidã.ſi dꝫ eſſe maſcul⁹ a.xl.die
habet aiaꝫ.ſi femina.lxxx.die. Sexto.nõ oc/
cidere p̱pter verecũdiã vt pctm̃ occultet̃.vt ſi
mulier maritata puella vidua vel monacha
grauidet̃.ſtatim interficiũt p̱lem. vnũ pctm̃
trahũt in aliud.vt in Dd̃ q̃ p̱pter luxuriã fec̃
etiã homicidiũ in vria. Dicat̃ h̃ miraculũ de
quadã grauida ex adulterio. ꝙ cũ eſſet iuxta
ꝯfuſionẽ orauit virginẽ mariã.⁊ in orõne ob
dormiuit ⁊ pep̱it.⁊ ꝟgo recepit filiũ ⁊ cõmi/
ſit vni mulieri nutriendum. ⁊ ſic illa mulier
euaſit ꝯfuſionẽ. Uirgo eaꝫ iuuit ex q̃ p̱poſuit
nõ occidere p̱lẽ. Maximũ pctm̃ eſt occidere
p̱lẽ.citi⁹ deberet eligere mori.et peccãt oẽs q̃
ꝯſentiũt. Medic⁹.apothecari⁹ ⁊c̃. Medici/
na optĩa quã dedit q̃dã medic⁹ cuidã monia
li q̃rẽti q̃d eẽt bonũ ne grauidaret̃. R̃ndit.
caueatis a viro. Pꝫ rõ p̃cepti in ſe q̃re dic̃.nõ
occides. Nõ videndũ ẽ ſi xp̃s ſ̃uauit h̃ pre
ceptũ. Dico ꝙ xp̃s nõ ſolũ nõ int̃fecit aliquẽ
imo nõ p̱miſit ꝙ aliq̃s faceret vindictã de in
iurijs ſibi factꝭ. Dicat̃ hiſtoria q̃ h̃ẽt̃ Luc.ix.
Cũ vna dieꝝ iret ꝯ̃ſus hierl̃m. venerũt apl̃i
ei⁹ ĩ ciuitatẽ ſamaritanoꝝ vt pararẽt illi. Et
nõ receperũt eũ cũ ſuis. nec voluerũt vẽdẽe
panẽ nec vinũ ⁊c̃. Ecce qualẽ iniuriã ſibi fe/
cerũt. Quãta iniuria eẽt regi declinãti ad ali
quã villã ſi ſui nollẽt ipm̃ recip̱e nec vendere
eſcas q̃d mereret̃.p̱pt̃ qđ cũ iacobꝫ ⁊ iohẽs di
xiſſẽt xp̃o. Dñe vis dicam⁹ vt ignis deſcẽdat
de celo ⁊ ꝯſumat illos.ſic̃ helyas fecit. Tũc
xp̃s increpauit eos di. Neſcitꝭ cui⁹ ſp̃us eſtꝭ.
Fili⁹ eñ hoĩs nõ venit aiãs hoĩm p̱dere ſed
ſaluare.⁊ abierũt ĩ aliđ caſtellũ. Jtẽ qñ ĩ die
paſſiõis ſue fuit crucifix⁹ ⁊ eleuat⁹ ĩ cruce cũ
imẽſis doloribꝫ vidẽs patrẽ cũ lãcea iuſticie
paratũ ad recipiẽdũ vĩdictã de crucifixoribꝫ
ſi xp̃s voluiſſet.ſꝫ dixit. Pat̃ ignoſce illis.q̃a
neſciunt quid faciunt. Ex q̃ multi ſimplices
habuerũt ꝯtritõem.qꝛ dicit beat⁹ Lucas qꝛ
reuertebãt̃ p̱cutiẽtes pectora ſua. Pꝫ ḡ quõ
nos xp̃i exẽplo dẽm⁹ p̱cere ⁊ remittere iniu/
rias noſtras. Et dico ꝙ nihil proprius ẽ ad

obtinendū remiſſionē pctōꝝ a deo ꝙ̄ parce/
re inimicis. Dicaꝛ hiſtoria de illis duobꝫ. q̄ꝝ
tpe indulgētie vnꝰ voluit ire romā ꝓ indul/
gentijs lucrādis. ⁊ inuitabat aliū vt irēt pa/
riter. Alter rn̄dit. In tali via tā longa ſūt ma
gna ꝑicula. Ego vadam .xl. paſſus ad domū
talis q̄ interfecit patrē meū ⁊ parcā illi ⁊ ha/
bebo indulgētiā. Nō dixit alter. qꝛ iſta indul
gētia eſt data ꝑ bullā pape Clemētis. Rn̄dit
iſte. ⁊ iſta remiſſio ē data ꝑ bullā ⁊ papā ihm.
Notariꝰ fuit beatꝰ Mattheꝰ. Dicit em̄ bul/
la. Si dimiſeritiſ hominibꝫ peccata eoꝝ. dimit
tet ⁊ vobis pr̄ meus celeſtis delicta vr̄a. Si
aūt nō dimiſeritis hominibꝫ. nec patꝛ vr̄ dimit
tet vob̄ peccata vr̄a Math. vj. Ergo remit/
tatis. Sed ſūt aliq̄ dyabolici q̄ nō ſolū non
voluūt remittere. imo īpediūt alios ne remit/
tant. dicēdo. ve diceꝛ ꝙ vos eſtis iudeus ⁊c̄.
De iſtis homicidis dr̄ Gen̄. ix. Quicūqꝫ effu
derit hūanū ſanguinē fundeꝛ ſanguis illiꝰ. ſ.
in iudicio dei vel aliꝛ ꝑ pn̄iam diſciplinarū.
q̄ ē ꝓpria pn̄ia homicidaꝝ. ¶ Tertiū p̄ceptū
eſt circa oēs ꝓximos generaliꝛ. quādo dicit.
Non facies furtū. Rō huiꝰ p̄cepti eſt. Nam
quilibet homo in domo ſua vult hr̄e ꝙ qui/
libet filiꝰ vel ſeruitor ↄtenteꝛ de pte ſibi data
ꝑ eum. nec hr̄et patiētiā ſi vnꝰ ſeruaret partē
alteriꝰ. ita vult deꝰ. Nā totꝰ mūdus ē domꝰ
dei. O iſrael ꝙ̄ magna eſt domꝰ dei. et ingēs
locus poſſeſſiōis eiꝰ. Baruch. iij. Et ipē diui
ſit. ⁊ tibi dedit magnā domū poſſeſſiōes. red
ditus. ⁊ illi dedit vnā domūculā luteam ⁊c̄.
Tibi dedit magnā nauem. ⁊ illi vnā barchā
⁊ ſic de alijs. Ita diuiſit ipſe q̄ ſcit q̄d eſt ne/
ceſſariū cuilibet. Ideo non debetis tangere
partē alteriꝰ. Nam anteꝙ̄ ipē diuiſiſſet quili
bet poterat recipe ad libitum. vt ait. Qui po
teſt capere capiat. Matthei. xix. Verbi grā.
piſces maris adhuc nō ſunt diuiſi. Idō qui
pōt capere capiat. Sed capti ꝑ vnū nō tan/
guntꝛ ꝑ aliū. Ita de mūdo a p̄ncipio anteꝙ̄
eſſet diuiſus quilibet poterat recipe. ſed mō
facta diuiſione quilibet ſit cōtentꝰ de parte
ſua. Iſtud p̄ceptum mirabiliter ſeruauit xp̄s
qui non ſolū non recepit aliquid ab aliquo.
īmo ꝓ reſtitutiōe cuiuſdam furti voluit po/
tius mori ī cruce ꝙ̄ aliter. ꝑ herodem decol/
latus vel lapidatꝰ. Dicaꝛ ꝑabolice quō erāt
vir et vxor nobiles. Et vxor reſpiciēs in po/
merio cuiuſdā orti vicini voluit furtiue vnū
hr̄e de pomis. Vir ↄſenſit nec pꝰ ſatiſfecerꝰt.
⁊ licꝫ fuerunt ſancti. tn̄ poſt eorum mortē qn̄
voluerūt intrare paradiſum fuit eis dictum
Pomū nō eſt reſtitutū. Idem dicebaꝛ filijs
eorū. lꝫ fuiſſent ſancti ⁊ amici dei. ad portam
paradiſi dicebaꝛ. pomū qd̄ parētes vr̄i ſunt
furati nō eſt reſtitutū. quouſqꝫ venit quidaꝫ
diues. ſ. xp̄s q̄ ſatiſfecit. Dicunt hiſtorie gre/
corū ꝙ de eodem ligno fuit crux xp̄i. de quo
Eua recepit pomū. Idem qn̄ xp̄s fuit ſuſpē
ſus in cruce. tūc pomū fuit reſtitutū pome/
rio. Sicut malꝰ. i. pomū inter ligna ſiluarū
ſic dilectꝰ meus interꝛ filios. Can̄. ij. Sꝫ facta
reſtitutiōe. ſtatim Adam ⁊ filij ſui habuerūt
gloriā. Patet g̊ quō xp̄s habuit furtū exoſuꝫ.
Dicaꝛ hic ↄ̄ illos q̄ dicūt ꝙ furari fructꝰ non
ſit peccatū. cū tn̄ totū malū generi hūano ex
furto fructꝰ euenerit. Si ergo furtū fructꝰ ē
tantū pctm̄. quāto magis furari florenos ꝑ
furta ſecreta. vel vſuras. vel retinēdo ſolida/
tas ſeruoꝝ. vel bona defunctoꝝ. nō cōplēdo
teſtamēta. vel nolētes reddere quod mutuo
acceperūt. imo minanꝛ eis. vel diffamāt eos.
Iſtis dicit ſcp̄tura. Qui furabaꝛ iam nō fu/
reꝛ. magis aūt laboret operando manibꝫ ſuis
qd̄ bonū eſt. vt habeat vnde tribuat neceſſi/
tatē patienti. ad Epheſ. iiij.

¶ Sermo tertiꝰ infra eaſdē octauas.

Non ueni ſoluere

legem ſꝫ adimplere. Matthei. v.
Verbū iſtud mō oportet dare cō/
plementū materie p̄ceptoꝝ dei. de quibꝫ re/
ſtant tria declaranda. q̄ ordinant ꝑſonas in
ſe ad tenendū bonā vitam. Sed vt gratia ⁊
bn̄dictio diuina ſit nobiſcū. Saluteꝛ virgo
Maria. ⁊ reſumaꝛ thema. Pro declaratōne
huiꝰ v̄bi qd̄ hꝫ difficultatē in theologia ſciē/
dū ꝙ interꝛ alias magnas differētias inter p̄ce
pta hūana ⁊ diuina ē iſta. Quia p̄cepta hūa/
na q̄ dicunꝛ poſitiua nō vocanꝛ ꝓprie iuſticia
ſubſtantiue ſed poſſunt vocari iuſta adiecti/
ue. Racio quia oīa p̄cepta iuris poſitiui ſunt
menſurata ⁊ limitata regula iuris intellectꝰ
humani. Ideo dicunꝛ iuſta ſicut due res eq̄
les nō ſe extendētes. ſꝫ mīme dicunꝛ iuſticie.
Iſta p̄cepta humana ⁊ intellectꝰ equalia ſūt
Ideo dicunꝛ iuſta. Iuxta h̄ dic̄ deꝰ. Per me
reges regnant. et legū cōditores iuſta decer/
nūt. Prouer. viij. Sicut ſn̄ia dr̄ iuſta qn̄ cō/
cordat cū ꝓceſſu. ita p̄cepta humana dicunꝛ
iuſta qꝛ cōcordāt cū rōne ⁊ intellectu. ſed nō
pn̄t vocari iuſticia ſubſtātiue. quia nō regu/
lant totā noſtrā vitā. Sꝫ p̄cepta diuina pn̄t

vocari iuſta.qꝛ mēſurāť intellectu diuino. et
nō humano.imo ītellectꝰ hūanꝰ multotiēſ ad
mirať.di. Quare h̄ ⁊c. Et etiā dicūť iuſticia
Ratō.qꝛ ſunt ratō menſura ⁊ regl'a totꝰ vite
nr̄e. Primo ſūt rō mēſura ⁊ regula ītellectus.
quō dꝫ ſe regere ad credēdū. Itē voluntatiſ
quō ſe debeat hr̄e ad deſiderādū. Itē memo
rie ad nō memorādū iniurias nec vindican
dū. Itē cordis ad nō ꝯcupiſcēduꝫ. Itē q̇nqꝫ
ſenſus ad vitā gubernādū . Iō dr̄ ſcriptura.
Deū time ⁊ mādata eiꝰ obſerua. h̄ eſt oīs hō.
Eccl̄s.vlť. Nota.h̄ eſt oīs hō.ablatiui. ſcꝫ eſſe
gr̄e ⁊ veritatis. Patet ğ differētia inť p̄cepta
humana ⁊ diuina . qꝛ humana dicunť iuſta.
diuina iuſticia. Iō dicit apl'us ad Roma.vj
Exhibete mēbra vr̄a ſeruire iuſticie.i.p̄ceptiſ
dei.in ſanctificatōnē. Tria mēbra p̄ncipalia
ſunt in nobis q̄ debemꝰ exhibere ad ſeruien/
dum iuſticie. Primū corpꝰ.ꝑ honeſtā ꝯuerſa
tionē. Scd̄m linguā ꝑ veracē locutionem
Tertiū cor.ꝑ mēſuratā affectōnem. Iō dicit
paulꝰ. Exhibete mēbra vr̄a ⁊c. ¶ Dico p̄mo
ꝙ dēmꝰ exhibere corpꝰ ſeruire iuſticie.ſ.p̄cep
tis.ꝑ honeſtā ꝯuerſationē. Iō dr̄. Nō mecha
beris. Nā opinio fuit falſa aliquoꝝ ꝙ iſtō ſo/
lum p̄ceptū ꝓhiberet adulteriū ⁊ nō ſimplicē
fornicationē. Imo dicūt.⁊ qō pctm̄ eſt pec/
care cū muliere ſoluta.⁊ nō feci ſibi violētiaꝫ
ego bn̄ ſolui ſibi. placuit ⁊ mihi. cui feci ego
iniuriā Modo nota rōem huiꝰ p̄cepti.⁊ ſunt
due a p̄ncipio mūdi vſqꝫ ad xp̄i incarnatiōꝫ.
Et tres ab incarnatione vſqꝫ ad finē mūdi.
Ideo ſunt q̇nqꝫ rationes ꝓbantes ꝙ ſimplex
fornicatio eſt pctm̄ mortale. nec vnq̄ꝫ aliq̇s
ſine ſpeciali dei diſpenſatione poterit facere
illum actū ſine vxore abſqꝫ peccato mortali.
Prima rō eſt quantū ad aīam ꝑ creationem
Scd̄a q̄ꝫtū ad corpꝰ ꝑ formationem. Et iſte
due rōes iam a p̄ncipio mūdi durāt vſqꝫ ad
finē mūdi. Prima ğ rō q̄ꝫtum ad aīam. Iam
ſcitis ꝙ aīma hoīs facta eſt ad imaginem dī.
⁊ p̄cioſiſſima eſt plꝰ q̄ꝫ capilli virginis vl' lac.
ſeu ſacrux.nec aliqd̄ corꝑale.mō ſi tā magnū
pctm̄ eſſet ꝓijcere capillos virginis vel lac vl'
crucem xp̄i in ſterquilinio. eo ꝙ ſapet infide
litatem ⁊ hereſim.quāto magis de aīa q̄n ꝓij
citur in latrina luxurie eſt magis peccatum.
⁊ dicis .cui facio iniuriā. Nūq̇d creatori tuo
qui tibi cōmiſit aīaꝫ reliquiā tā p̄cioſam Iō
dicit apl's. Hec eſt volūtas dei ſanctificatio
veſtra. vt abſtineatiſ vos a fornicatōe. n̄ ſoluꝫ
ab adulterio. vt ſciat vnuſq̇ſqꝫ vr̄m vas ſuū.

id eſt.corpꝰ vas aīe.poſſidere in ſanctificatio
ne ⁊ honore.j.ad Theſ.iiij. Scd̄a rō q̄ tāgit
corpꝰ eſt. Nā ſi aliq̇s deturpat vaſa figuli que
fecit pulcerrima ad comedendū.⁊ ſi hmōi ad
viles vſus applicādo dices.cui fit īiuria. Nō
ne figulo cuiꝰ ſunt vaſa vt ſupponiť. Idem ď
deo. Nā corꝑa nr̄a ſunt vaſa lutea a deo fctā
vt ſeruiāt in menſa dei ī celo . Si ğ tu detur
pas vas dei.dicis Cui facio iniuriā. Nunq̇d
deo. Iō dicit ſcriptura. Mundamini q̇ fer/
tis vaſa dn̄i. Iſa.lij. Ultra p̄dictas duas ra/
tiones addunť tres poſt incarnationem xp̄i
Prima eſt adoptio ſpūalis. Nā ſi rex hn̄s fili/
as ꝟgines ſeu viduas.⁊ vos q̇ nō habetiſ vxo
res peccatis cū aliqua illaꝝ. ⁊ ſibi placuit. et
dicis. Cui feci iniuriā. Nunq̇d regi dn̄o tuo
feciſti ꝓditionē. Iō om̄es mulieres filie ſunt
xp̄i de ſua ſpōſa.ſ.eccl'ia geniti ꝑ baptiſmum.
Et dicis. Cui facio iniuriā. Nunq̇d xp̄o p̄ri
eaꝝ.qꝛ niſi cui eas dat in vxoreꝫ non vult ꝙ
aliquis tāgat filias ſuas. De iſta materia ꝓ/
phetando dič ꝓpheta. Abominatio facta eſt ī
iſrael.i.laycis.⁊ in hierl'm.i.clericis.quia fili/
am dei habuerūt alieni.ſ.q̇ nō erāt viri. Diſꝑ
det dn̄s viꝝ q̇ fecerit h̄. Malach.ij. Secun
da rō eſt ꝓ ꝯſecrationē baptiſmalē. Nā q̇ ſciēť
deturpat calicē vel corꝑalia ꝯſecrata .magnā
iniuriam facit deo. Mō q̇d eſt plꝰ ꝯſecratuꝫ
corpus xp̄iani vel calix.claꝝ eſt ꝙ corpꝰ xp̄ia
ni.qꝛ habet recipe intra ſe corpꝰ ⁊ ſanguinem
xp̄i cōmunicādo. Mō ꝓijcere ipm̄ ī latrinā
luxurie.magnū pctm̄ eſt. Ideo dič apoſtolꝰ.
Fugite fornicationē. Om̄e pctm̄ qōcūqꝫ fe/
cerit homo extra corpꝰ eſt.i.in aīa. Qui autē
fornicať in corpꝰ ſuum peccat. An neſcitis.q̇
niam mēbra vr̄a templū ſunt ſpūſſancti q̇ in
vobis eſt.ſ.ꝓpter ꝯſecrationē.j. Coꝝ.vj. Ter/
tia rō ꝓpter ꝯformitatē ⁊ ſimilitudinē quā cū
xp̄o habemꝰ.qꝛ ab eadē carne ſpecifica quaſi
de eadē pecia panni induťꝰ. Iō magnā iniu/
riam facimꝰ xp̄o deturpādo carnis ſue ſimili
tudinē. Iō dr̄ Leo papa. Agnoſce o xp̄iane
dignitatē tuā.⁊ diuine ꝯſors factꝰ nature no/
li in veterē vilitatē degeneri ꝯuerſatiōe redi/
re. Patet error multoꝝ ſtultoꝝ dicentiū ſim/
plicē fornicationē nō eſſe pctm̄. Nā h̄ aſſerere
eſt hereſis. Mō videamꝰ quō xp̄s h̄ p̄ceptuꝫ
ſeruauit. Queſtio fit in theologia. Utꝝ xp̄s
potuerit naturā humanā aſſumere in vtero
vidue ſicut in ꝟgine. Dicūt ꝙ ſic. Sꝫ ſingu/
lariť elegit ꝟginē.⁊ ipe fuit ſp̄ virgo. Ita paꝝ
ipe ſcit experimētaliť illū actū ſic ego ſcio q̄lem

ſaporē hꝫ ferrū. nō ꝓpt̄ timorē alicuiꝰ. ſꝫ vt no/
bis daret exēplū cauēdi ab illo pctō. Jō dic̄
ſcptura. Tal' decebat vt eſſꝫ nob̄ pōtifex. ſan
ctus. innocēs. ipolluꝰ. ſegregatꝰ a pctōribꝫ et
excelſioꝛ cel' factus. Heb. vij. Jn iſta auctāte
vitat q̄nq̄ gdꝰ luxurie. Aliq̄ faciūt luxuriam
cordis. ſ. cogitādo i illa delectatōe. Sꝫ timo
re vl' ꝯfuſiōe vel alteriꝰ rei cā nō faciūt ope. ex
h̄ ꝑdit ſanctitas. Cōtra iſtū gradū de xp̄o dr̄
ſanctꝰ. q̄ nūq̄ habuit talia deſideria. Scdō
ꝙ aliq̄ ſunt ita mali i corde ꝑ talia deſideria.
ꝙ neſciūt loq̄ niſi de mulieribꝫ Cōtra q̄s apo
ſtolꝰ. Corrūpūt bonos mores colloq̄a ꝑua.
ꝑma Coꝛ. xv. Hieronimꝰ ad ruſticū mona/
chum De ſpēbꝫ mulieꝝ nūq̄ diſputes Et q̄
xp̄s nūq̄ de tali materia loquebat̄ dr̄ inocēs
Tertio impolluꝰ. ꝯ illos q̄ ꝓcurāt ſibi mol/
liciem. Quarto ſegregatꝰ a pctōribꝫ. contra il
los q̄ peccāt cū alijs de facto. Quinto excel/
ſioꝛ celis factus. ꝯ mulieres q̄ ſuſtinent oſcu/
la. amplexꝰ. dicēdo. amicꝰ meꝰ eſt. ꝛc̄. ꝛ ſequun
tur multe impuritates. Jō auiſent̄ illi d̄ ma/
trimonio vt ſeruēt modū. ꝛ q̄ nō ſunt de ma
trimonio debēt nullo mō curare d̄ illo actu.
ne faciāt ꝯ hoc ꝓceptū q̄uis mō. Ecce q̄re dr̄
apl's. Exhibete mēbra vr̄a. ꝛc̄. ¶ Dico ſcdō.
ꝙ dēmꝰ exhibere linguā ad ſuandū iuſticiaꝫ
ꝑ veracē locutōꝫ. Jō dr̄. Nō loq̄ris ꝯ ꝓximuꝫ
tuū falſum teſtimoniū. Exo. xx. Rō hꝰ ꝓcepti
eſt. q̄ officiū lingue eſt loq̄ veritatē. ſig̃re ea q̄
ſunt in corde. imaginatōes ꝛ intētōes cordis
Math. xij. Ex abūdantia cordis os loq̄tur.
Et phs. Voces ſūt note. i. ſig̃ earū q̄ ſūt i aīa
paſſionū. Officiū oculi eſt vidē ꝛ oñdere res
ſm colores ꝛ q̄ntitates Officiū auriū audire
Tibiaꝝ ambulare. Nō ſicut officiū oc'orū
impediret̄ ꝑ perlā i oculo. ꝛ auriū ꝑ ſurditatē.
ita officiū lingue ipedit̄ ꝛ inordinat̄ ꝑ mēda/
cium. qd̄ aufert ſibi officiū. q̄ mētiri eſt dice
re ꝯ illud qd̄ tenes in corde de ꝓximo. Jō deꝰ
ꝓcepit Exod. xx. Nō loqueris ꝯ ꝓximū tuum
falſum teſtimoniū. Nā oīe mendaciū eſt cō
tra ꝓximū. vel ꝯtra aliū. vel ꝯtra ſe. dicēdo qd̄
nō eſt ita in corde tuo. Jō oīe mendaciū eſt
pctm̄ mortale vel veniale. Xp̄s ſuauit h̄ ꝓce
ptum. Nā ait ip̄e q̄ eſt veritas ꝑma et eterna.
Joh. xiiij. Ego ſum via veritas ꝛ vita. Non
ſolū ñ dixit falſū. imo ñ ꝑmittebat corā ſe da
re aliqd̄ falſum teſtimoniū ꝯ viuos nec mor/
tuos. Cōtra viuos dicat̄ hiſtoria euangelij.
qñ fuit in bethania. ꝛ magdalena vidēs eum
ſeſſum cū ꝓcioſiſſimo vnguēto vnxit, ſtatim
iudas ꝛ alij ꝯ eam incepert̄ dare falſum teſti/
moniū. di. vt q̄d ꝑditio h̄ ꝛc̄. O illa fatua. ꝛ ſi/
milia ṽba. Et xp̄s q̄ de abſentibꝫ faciebat ſe
aduocatū dixit. Quid moleſti eſtꝭ huic muli
eri. Bonū eni͂ opꝰ opata eſt i me. Math. xxvj
O bn̄dictꝰ ē ille q̄ in abſentia manutenet dif/
famatū. Jdē de mortuis. Dicūt aliq̄ quādo
obloquunt̄ de mortuis. mortuꝰ eſt. ideo non
pōt lingua mea ſibi nocere. Dico ꝙ imo pōt
ſibi nocere dupl'r. Nā licet ſit mortuꝰ corpe.
viuit tñ in cordibꝫ multoꝝ ꝑ bonā famam. et
qñ tu diffamas eū. auferes ſibi illā vitā. Se/
cundū maluꝫ qd̄ in iudicio dei lingue oblo/
q̄utiū nocēt aie. h̄ ꝯfirmat̄ miraculo de reli
gioſo mortuo. q̄ licet ſuaret vota. nō tñ ſua/
bat cerimonias. ꝛ in multis defecerat. Cūq̄
frēs q̄ dicebāt pſalteriū corā corpe incepiſſēt
ip̄m iudicare. O dicebat vnꝰ. bñ potabat. et
alter ita. ꝛ ſine aqua. ꝛ ſic de talibuſ. Subito
frater ſurrexit dicēs. Parcat vob̄ deꝰ fratres
q̄ in magno ꝑiculo me poſuiſtꝭ i iudicio. vbi
accuſabar a demonibꝫ ꝛ iudicabar a vob̄. ne
ſciebam q̄bꝫ ꝓus rñderem. ꝛc̄. Jō xp̄s defen
debat mortuos. vt patꝫ Luc. xiij. Duo caſus
acciderūt tpe xp̄i dū ip̄e ꝓdicaret. Multi ſur
gebāt dicētes ſe eſſe meſſiam. Jnt̄ ceteros iu
das galileꝰ. ꝛ q̄ multi ſequebant̄ eū. Pylatꝰ
iugulauit oīs eos. Cūq̄ h̄ referret̄ xp̄o aliq̄
dixerunt. O mali hoīes erant. Xp̄s ſtatim fe
cit ſe aduocatum. ꝛ dixit. Putatis ꝙ hi gali
lei ꝑ omnibꝫ galileis peccatores fuerūt. q̄a ta
lia paſſi ſunt. Non dico vobis. ſed niſi pn̄iaꝫ
egeritis. oēs ſimul ꝑibitis. Luc. xiij. Jtem
turris ſyloe q̄ cecidit ꝛ oppreſſit. xviij. hoīes
de quibꝫ loquētes coram xp̄o dicebāt. Ma/
li ꝛ magni pctōres erant. quia ita eis accidit.
Et xp̄s dixit. Putatis q̄ ꝛ ip̄i debitores fue/
rint ꝓter oēs habitātes in hierl'm. Non di
co vob̄. ſꝫ ſi nō pn̄iam egeritis oēs ſil'r ꝑibi/
tis. Dicat̄ ꝙ plures dānant̄ ꝑ diffamationeꝫ
q̄ꝫ ꝑ furtū. Rō. q̄ furtū qñ videt̄ dat ꝯpūctōꝫ
cordis. ꝛ finalit̄ reſtituit̄. Sed ṽba ex q̄ dicta
ſunt tranſeūt. ꝛc̄. ꝛ tradunt̄ obliuioni. ꝛ ſic nō
reſtituit̄ fama Jtem maius furtū eſt fame q̄ꝫ
pecunie. Prouer. xxij. Meliꝰ eſt nomē bonū
q̄ꝫ diuitie multe. ꝛc̄. Dicat̄ de reſtitutōe fame
verbo vel ſcripto fienda. al's nō poſſūt ſalua/
ri. Jdeo teneamꝰ ꝯſiliū apl'i. Deponētes mē
dacium. loquimi veritateꝫ vnuſq̄ſq̄ cū ꝓxio
ſuo. Rō. q̄m ſumꝰ inuicem mēbra. Ephe. iiij
¶ Dico tertio ꝙ debemus exhibere cor ad ſ
uiendum iuſticie per menſuratā affectioneꝫ.

Sic ꝑmū p̄ceptū ordinat corp⁹. ita nonū et
decimū q̄ coincidunt ordināt cor. Rō h⁹ p̄ce
pti ē qꝛ cupiditas ē radix oim maloꝝ. j. Thy.
vj. Radix oim maloꝝ ē cupiditas quā q̄dam
appetētes errauer̄t a fide. ꝛ inſeruer̄t ſe dolori
bꝫ mlt̄ꝫ. Tu āt hō dei h̄ fuge. Rōꝫ aſſigt apl̄s
di. Nā q̄ volūt diuites fieri icidūt i tēptatōꝫ
ꝛ in laqueū diaboli. ꝛ deſideria mlt̄a inutilia
ꝛ nociua q̄ mergūt hoies i interitū ꝛ ꝑditiōꝫ.
Ibidē. Dicat̄ ꝙ ex q̄ doctor vl̄ mercator ci/
uis vl̄ dn̄s ꝓponit i corde. ego volo ditari. fa/
ctū eſt. ꝑdit⁹ ē. Sꝫ dꝫ facere qd̄ i ſe ē ſub tiore
dei. Et ſi ds̄ ſibi dat diuitias d̄ bono iuſto re
cipiat. alit̄ nō q̄ret. Jō ds̄ cuilibꝫ volēs ꝓui/
dere dixit. Nō ↄcupiſces domuꝫ ꝓxi tui. nec
deſideres vxorē ei⁹. nō ſeruū. n̄ ancillā. nō bo
uē. nō aſinū. nec oīa q̄ illi⁹ ſūt. Exo. xx. Iſtd̄ p̄/
ptū ſuabat xp̄s. ꝙ n̄ optebat ↄcupiſcere. quia
dn̄i ē terra. ꝛc̄. imo n̄ ſuſtiebat cupidos hoies
in ſua ſocietate. Dicat̄ hiſtoria d̄ illo doctore
cupido q̄ dixit. Magr̄ ſeq̄r te q̄cūqꝫ ier̄. Ma
thei. viij. Dic̄ h̄ glo. ꝙ ficte veniebat ad xp̄m
ꝛ cupiditate duct⁹. q̄n̄ vidit miracl̄a q̄ xp̄us
faciebat. O dixit ip̄e. ego ſociabo me illi. ꝛ p⁹
q̄ꝫ ſciuero facere talia lucrabor infinitas pe/
cunias. Jō xp̄s q̄ nō ſolū vidit os ſꝫ corda di
xit ſibi. Vulpes foueas hn̄t. ꝛ volucres celi
nidos. Fili⁹ āt hoīs nō hꝫ vbi caput ſuū recli
net. Mat. viij. Jō vt diligamur a xp̄o ꝛ velit
nos h̄ in ſuā grām recipe ꝛ poſtea i gl̄am. nō
ſoluam⁹ legē. ſꝫ impleam⁹ vt fec̄ xp̄s q̄ eſt in ſe
cula bn̄dict⁹. Amen.

¶ In octaua beati Dominici

Tu uero uigila.

in om̄ibꝫ labora. Vbū iſtd̄ ori
ginalit̄. ij. Thy. iiij. Hoc thēa dat
mihi motiuū p̄dicādi d̄ q̄dā v̄tute ad ſaluatō
nē aīaꝝ mlt̄ū neceſſaria. ſ. de v̄tute vigilie cir
ca ſuitiū dei. Sꝫ ꝑmo ſalutet̄ v̄. ma. Hoc v̄
bū eſt apl̄i ad filiū ſuū ſpūalē thymo. di. Tu
v̄o vigila ꝛc̄. Rō āt q̄re ſibi dixit h̄ vbū eſt. q̄a
videbat i h̄ mūdo mlt̄os negligētes circa ſui/
tiū dei. ſꝫ eēnt valde diligētes circa ſuitium
hūanū ad ↄgregādū diuitias. hōres. ꝛc̄. ſꝫ n̄ d̄
lucro ſpūali. ꝛ ꝓpt̄ h̄ apl̄s dicebat diſcipl̄o ſuo
thymo. Tu v̄o vigi. ꝛc̄. Pro c⁹ declaratōe in
uenio ꝙ diligēt̄ vigilāt hoies mūdani ex q̄tu
or rationibꝫ. ſ.

¶ Propter amorē lucri tpalis
¶ Propt̄ timorē ꝑiculi mūdialis
¶ Propter dolorē afflictōis corꝑalis
¶ Propt̄ clamorē voc̄ꝫ vl̄ rei ſenſualis.

Et ex q̄libꝫ iſtoꝝ dēm⁹ nos vigilare ſpūalit̄.
Jō d̄t thēa cuilibꝫ nr̄m. Tu v̄o vi. ꝛc̄. ¶ Dico
ꝑmo ꝙ vigilāt aliq̄ i h̄ mūdo ꝓpt̄ amorē lucri
tpal̄. ſic̄ mechanici. ſ. fabri ferrarij. ſartores. ꝛc̄
Et illi q̄ cū lumīe ꝑn̄t opari i nocte vigilāt d̄
ſero ꝛ ſurgūt de mane ꝓſtant laborādo. q̄uſqꝫ
iā lucrati ſint vitā illi⁹ diei. ꝛ tunc cū gaudio
bibūt de mane. De h̄ ſcp̄ture auto. ſꝫ ſit claꝝ
Ois faber ꝛ architect⁹ noctē tāqꝫ diē trāſigit
ꝛ vigilia ſua ꝑficit op⁹. Eccl̄i. xxxviij. Hoc mō
tenet̄ q̄libet vigilare ſpūaliter ꝓ lucro ſpūali
Singularit̄ tenēt ad h̄ tn̄ ꝑſone ſpūales. ſic̄
religioſi clerici ꝛ oēs eccl̄iaſtici. Nō ei debēt
in lecto expectare ortū ſol̄. ſꝫ ſurgere d̄ mane
ad matutias. ꝛ dicere eas diſtincte ꝛ attente.
Ita ꝙ q̄n̄ orit̄ ſol ꝙ tūc fecerint officiū ſuum.
Tal̄ em̄ lex⁹ p̄t eē qꝛ iā lucrat⁹ eſt prandiū illi⁹
diei. Qui āt nō ſurgūt. aīa coꝝ triſt̄ꝫ manet.
qꝛ nihil ē lucrata. Propt̄ea d̄t eccia. Non ſit
vob̄ vanū mane ſurgere an̄ lucē. qꝛ ꝓmiſit de
us coronā vigilātibꝫ. Nota. ꝓmiſit de⁹. n̄. xij.
denarios. ſꝫ coronā gl̄e. q̄ pl⁹ valet q̄ꝫ corona
papat⁹ vel iperij. Si ḡ artifices cū tāto labo
re vigilāt vt lucrēt̄. xij. denarios vl̄ duos. q̄n
to magꝫ nos vigilare dēm⁹ dulcit̄ vt coronaꝫ
ꝑadiſi poſſim⁹ lucrari ¶ Nota h̄ miracl̄m de
vitiſpatꝝ. Liber eſt autētic⁹ ex decreto gelaſij
pape ↄfirmat⁹. d̄ illo ſc̄tō heremita q̄ vidit ca
thedrā in celo. ꝛ ſeptē coronas diſcipulo ſuo
ꝑatas q̄s fuit lucrat⁹ vna nocte ex vigilia. q̄a
diabol⁹ cū ſepties tēptauerat d̄ ſomno. ꝛ ipſe
reſtitit ꝛ vigilās ꝑmāſit. ꝛ ſeptē coronas acq̄
ſiuit. Ecce q̄re eccia d̄t ꝑſonis ſpūalibꝫ. Non
ſit vob̄ vanū mane ſurgere an̄ luceꝫ. ꝛc̄. Pro
vob̄ āt laic̄ꝫ q̄ nō poteſt̄ꝫ ita vigilare ſurgēdo
ad matutias ꝛc̄. Notate ꝙ p̄ns vita ē obſcura
reſpectu vite gl̄e. ſꝫ nob̄ videat̄ dies clara. ſic̄
noctue nox videt̄ clara. cū tn̄ nox ſit obſcura
reſpectu claritat̄ꝫ diei. Ita ē de nob̄. nō ſum⁹
niſi noctue. ſꝫ q̄n̄ aīa trāſit d̄ h̄ mūdo ꝛ vidꝫ cla
ritatē gl̄e tūc d̄t. Nox p̄ceſſit. dies aūt appro/
pinq̄uit. Roꝝ. xiij. Jō vos de mūdo ſurgatiſ
a ſomno pc̄ti in nocte h⁹ vite vt laboretis. et
lucremi merita apud deuꝫ an̄qꝫ veniat dies
alteri⁹ vite. Si dicat̄ Jā ego laboro fodiēdo
ſuendo. ꝛc̄. Dico ꝙ totū h̄ remanet h̄ inferi⁹.
Si ḡ nihil lucrami in alio mūdo. de q̄ viue
tis in alio mūdo. qꝛ poſſeſſiōes ꝛ diuitie h̄ re
manēt. Jō laboretis in opibꝫ ſpūalibꝫ orādo
q̄libet die deuote ꝛc̄. Seruate feſta. audiatiſ
miſſam ꝛ ſermones. Et frequenter debetis

ɔfiteri ⁊ cõicare. q2 de iſtꝫ optet viuere ibidẽ.
alꝰs remittit aĩa ad hoſpitale miſeroꝝ. Jõ dt
ſcriptura. Sapiẽs cor ſuũ tradet ad vigilan
dũ diluculo ad deũ q̃ fec illũ. ⁊ i ɔſpectu altiſ
ſimi deꝑcabit. Ecci. xxxix. Nota. dt ad deuꝫ.
nõ dt ad mũdũ ¶ Dico ſcdo ꝙ vigilãt aliq̃ ñ
amore lucri tꝑalis. ſꝫ timore ꝑiculi tꝑalis. vt
naute. ⁊ maxie ille q̃ regit gubernaculuꝫ. ⁊ q̃
reſpicit tumorẽ marꝭ. Oẽs illi vigilãt timo
re ꝑiculi marꝭ vl' vẽti vl' terre. Vñ aũt ſcꝑtura
Qui nauigãt mare enarrãt ꝑicula eiꝰ. Ecci.
xliij. Vigilãt etiã cuſtodes ꝑiculo inimicorũ
⁊ ſic etiã nos dẽmꝰ vigilare. Nã iſte mũdꝰ eſt
tãq̃ mare. Vñ ait dauid. ꝑs. ciij. Hoc mare
magnũ ⁊ ſpacioſum manibꝯ. illic reptilia q̃ꝝ
nõ eſt numerꝰ. Aialia puſilla cũ magnis. illic
naues ꝑtranſibũt. Ibi dic dauid ꝙ iſte mun
dus ſit mare. Jõ in eo ſũt multa ꝑicula. Vñ
ait Berñ. Periculũ hꝰ mũdi ꝓbat trãſeuntiũ
raritas ⁊ ꝑeũtiũ pluralitas. Sic eñ in mari
marſilie vix de q̃ttuor nauibꝯ vna reuenit. ſic
de q̃ttuor aiabꝯ vix vna ad portũ ſaluꝭ ꝑue-
niet. O vtinam decima pars gẽtium ſalua-
ret. Nã nauis in mari maxie timet ꝑiculũ de
vẽto. ⁊ ꝑiculũ de aq̃. ⁊ ꝑiculũ de rupe. Sic ⁊
nos timere optet. Nã vẽti ſunt diaboli tẽpta
tiones. ⁊ qñ aliq̃s vadit ꝑ mare hꝰ mũdi cum
deuotõe ⁊ bona vita. talis vẽtus ducit nauẽ
ad portã ꝑadiſi. ſꝫ qñq̃ venit aq̃lo. ſ. dyaboli
temptatio q̃ ꝓijcit nauẽ ſurſum eleuãdo i ſu-
perbia. vana glia. auaricia. luxuria. ⁊c. Et ita
nauis. ſ. ɔſcia ⁊ aĩa perit. Magnꝰ ventus dr.
qñ eradicat arbores. q2 nõ legit ꝙ ventꝰ di-
ruerit mõtes. Sed vẽtꝰ temptatõis dyaboli
nõ ſolũ eradicat arbores. ſ. ꝑſonas ſimplices
ſed diruit mõtes. ſ. ꝑſonas ſpũales. Vñ de h̃
ait ſcriptura. Ecce ſpũs grandis ⁊ fortis. ſcꝫ
demon vel vẽtus temptatõis ſubuertẽs mõ
tes ⁊ ɔterens petras. iij. Regũ. xix. Nunquid
erant mõtes Adam. Samſon. Dauid. Sa
lomõ. ⁊ tñ diaboli tẽptatio oẽs illos ſbuertit
Jõ nos miſeri q̃d faciemꝰ niſi vigilare i ꝑi
culo huiꝰ vẽti ¶ Scdm ꝑiculũ qd timet na-
uis in aqua eſt aqua. Nã aliquotiens vnda
maris intrat naueꝫ. ſic ⁊ nobis qñq̃ accidit.
Nam vnde maris ſunt temptatiões ⁊ incli-
nationes carnis. vt cũ ꝑſona eſt incolumis. ſ.
qñ caro nõ mouet nec cogitando nec loquẽ-
do de quacũq̃ materia carnali. tunc qñq̃ ſu
bito veniũt motꝰ illiciti ɔcupiſcentie praue
Et idõ tũc optet caute vigilare. De h̃ Dd ait.
Mirabiles elationes maris. id eſt. carnis.

¶ Tertiũ ꝑiculũ eſt marꝰ. ſ. qñ nauis impin
git in rupe. Jõ vigilãt naute diligẽter. Sic
⁊ nos facere dẽmꝰ. Nã ⁊ h̃ ɔtingit qñ ꝑſona ñ
curat de familiaritatibꝯ. tũc eñ nauigat in ꝓ
fundo pelagi ad portũ ꝑadiſi. ſꝫ qñ contrahit
familiaritates. tũc impingit i rupe. Qñ muli
er audit de aliquo clerico vel religioſo ꝙ eſt
bonꝰ ⁊ deuotꝰ. ⁊ dic. cũ iſto habebo familiari
tatẽ. Caue ne impingas. ex h̃ eĩ multe naues
id eſt. ꝑſone onerate. ſ. ꝓcioſis mercibꝯ meri-
toꝝ ⁊ vtutuꝫ impingẽtes ſic fuerũt ꝑdite. Jõ
dauid ait Ne forte offendas ad lapidẽ. ſ. fami
liaritatis. pedẽ. ſ. affectionis. ꝑs. xc. Si g̃ tot
ſunt ꝑicula in mari magno hꝰ mũdi. nob̃ na-
uigantibꝯ neceſſaria eſt vigilãtia. ne vento tẽ
ptationis vel vnda inclinationis nec rupe af
fectionis ꝑdamus viaticũ. Jõ vigilemꝰ. Nã
h̃ ɔſiliũ dedit xp̃s diſcipulis ſuis dicẽs. Vi-
gilate ne intretis in temptationẽ. Spũs q̃-
dem ꝓmptus eſt. caro aũt infirma. Math.
xxvj. ¶ Secũda ſimilitudo q̃re vigilãt aliq̃
timore ꝑiculi tempalis. eſt qñ homo timet in
imicos ſuos tempe guerre vl' latrones quã-
do hõ ſe ꝓmunit ad cuſtodiendũ villã vel ca
ſtra ne capiant. Hoc etiã modo optet nos la
borare ⁊ vigilare. Jõ xp̃s ait. Illud aũt ſcito
te. qm̃ ſi ſciret pr̃familias q̃ hora fur vẽturus
eſſet. vigilaret vtiq̃ ⁊ nõ ſineret ꝑfodi domũ
ſuam. Math. xxiiij. Nota. ꝑfodi. i. ſubtꝰ fodi.
ꝓpter h̃ etiã nos dẽmꝰ vigilare vt dixi ¶ Pro
q̃ ſciendũ ꝙ quattuor capitanei latronũ ſunt
modo in breui venturi certiſſime ⁊ neſcimus
ſi hodie vel cras. Et g̃ oportet diligent' vigi
lare. Primus capitaneꝰ eſt morſ. q̃ totum du
cit ſecũ. nihil dimittit quãtũcũq̃ ſitꝭ diuites
in morte in vno lintheamine remanebitꝭ Qz
dicit dauid. Nõ cũ interierit nõ ſumet oĩa
neq̃ deſcẽdet cuꝫ eo gloria domus eius. ꝑs.
xlviij. Secũdus capitaneꝰ eſt antixp̃us q̃ to
tum ducit ſecuꝫ. paucis deuotis de xp̃ianis
demptis. Jõ vigilare oportet in pñia. q̃a ci-
to veniet ⁊ ducet ſecũ oẽs q̃ dormiũt i pec
catis. Jõ dicit apl's ad Eph̃. v. Surge qui
dormis ⁊ exurge a mortuis. ⁊ illuminabit ti-
bi xp̃s. Tertiꝰ capitaneꝰ ẽ poſt mortẽ antixp̃i.
quia tunc erit ɔflagratio mũdi. q̃ nihil dimit
tet de elementatis. Et iſte ignis veniet añq̃
dñs veniet ad iudicium. Ideo ait Dd. Ignis
ante ipm̃ ꝑcedet. ⁊ inflammabit in circuitu
inimicos eius. ꝑs. xcvj. Et ſcḋm ꝙ inuenitur i
ſacra ſcriptura. tunc ille ignis veniet trãſactꝭ
quadragintaquinq̃ diebus poſt mortem.

antixpi. Quart⁹ capitane⁹ ⁊ p̄ncipal' erit dies
iudicij. Si ḡ p̄rfamilias vigilat q̄ñ ſcit latro
nes diſcurrētes. q̄to mag' nos miſeri. Jō ñ
dormiat; i pctis ne accidat vob vt fatuis vir
ginib⁹. de q̄b⁹ xp̄s Mat. xxv. dī. ꝙ q̄dā nobil'
dñs fec̄ mr̄imoniū cū q̄dā nobili domicella ⁊
inuitauit decē domicellas. q̄ꝝ q̄nq̄ dixerūt.
Multū tardabit dñs venire. ſ. ſpōſus. Jdeo
dormiam⁹ i q̄ete. Alie q̄nq̄ dixerūt. Vere ſpō
ſus nō dedit nob certū tp̄s ſui aduēt⁹. iō pare
mus nos vt ſim⁹ parati. Et iſte ornauerūt ſe.
Media āt nocte clamor fact⁹ ē. Ecce ſpōſus
venit. pulſans ⁊ di. Eſt; pate. Tūc dixerūt iſte
q̄nq̄. ita nos q̄nq̄ ſumus parate. Alie autē
quinq̄ voluerunt ſe preparare. ſ; ſpōſus cū ill'
q̄nq̄ itrauit palatiū ſuū. ⁊ clauſa ē ianua. De
inde venerūt alie q̄nq̄ dicētes. Dñe dñe api
nob. Quib⁹ ipe rñdit. Amē dico vob. neſcio
vos. Vigilate itaq̄. ⁊c̄. Sic nos oīs ſum⁹ i
uitati ad nuptias regni celoꝝ. Ergo oꝫ vigi
lare. q̄ dī Math. xxv. Vigilate q̄ neſcit; q̄ñ
dñs vr̄ vētur⁹ ſit. Et Lu. xij. dī. Sint lumbi
vr̄i p̄cincti. ⁊ lucerne ardētes i manib⁹ vr̄is ⁊
vos ſilēs hoib⁹ expectātib⁹ dñm ſuū q̄ñ r̄uer
tat a nuptijs. vt cū venerit ⁊ pulſauerit cōfe
ſtim aperiāt ei. Bt̄i ſunt ſui illi q̄s cū venerit
dñs inuenerit vigilātes. ſ. p̄ bonoꝝ opm exer
citatōꝫ. q̄ iſti ſecū intrabūt ad nuptias. ſ; q̄ñ
xp̄us febre vel alia infirmitate pulſabit ad ia
nuas. ſi nō eritis pati nō intrabit;. Propt̄ h̄ p̄
tp̄e parare ſe oꝫ ⁊ ꝯfiteri. iniurias remittere ⁊
cōicare ⁊ ſatiſfacere. Sic hō ornat ſe cū ſpecu
lo pnie vt mulier i ſpeculo i q̄ videt̄ macl'e vl'
defect⁹ in facie ꝯſcie. q̄ defect⁹ lauādi ſunt aq̄
lacrimaꝝ. Vñ corona capitis eſt intētio recta
Anuli ſunt ꝟtutes. Torques ſunt abſtinētie
Jō ꝯcludit xp̄s. Vigilate ḡ. q̄ neſcitis diem
neq̄ horā. ¶ Dico tertio ꝙ vigilāt aliqui. nō
amore lucri nec p̄iculi. ſ; p̄ dolorē afflictiōis
corpalis. ſicut infirmi de febre. de dolore. ⁊c̄.
q̄ nō poſſunt dormire ſ; plangūt. Si eis di
catur. dormiatis. Rñdent. Non poſſum. O
ve. o ve. ⁊c̄. Sic etiā nos vigilare debemus
ex dolore ꝯtritōis pctōꝝ p̄teritoꝝ. ⁊ tribulati
one infernaliū tormentoꝝ. Si ex dolore ali
quo vni⁹ parue ſpine vl' etiā vni⁹ pulicis. non
potes dormire cū aīa ſit ita vulnerata morta
liter. Jn capite vulnere ſupbie. Jn corde vul
nere auaricie. Jn renib⁹ luxurie. Jn gutture
gule. Jn facie inuidie. ⁊c̄. Jō ſuſpirare dole
re ⁊ plangere nos dēm⁹ ad inſtar infirmi. vt
religioſi clerici ⁊ layci. Et tūc q̄libet ſic vigi-
lans ex pctōꝝ ꝯtritiōe pōt dicere cum dauid
A voce gemit⁹ mei adheſit os meū carni mee
Subdit̄. Silis fact⁹ ſum pellicano ſolitudi
nis. fact⁹ ſum ſic̄ nocticorax i domicilio. Vi-
gilaui ⁊ fact⁹ ſum ſic̄ paſſer ſolitari⁹ i tecto. To
ta die exprobrabāt mihi inimici mei. ⁊ q̄ lau
dabāt me aduerſū me iurabāt. q̄ cinerē tāq̄
panē mādu cabā. ⁊ poculū meū cū fletu miſce
bam. ps. cj. Nota. A voce gemit⁹ mei. ⁊c̄. Naꝫ
q̄ñ hō ridet. caro dilatat̄. ſ; q̄ñ plorat ſtringit̄
Nota. ſilis fact⁹ ſum pellicano ſolitudis. Qui
q̄ñ videt filios a ſerpēte venenatos. naturali
ter cognoſcit ꝙ nō pñt viuere ſine ſanguinis
ſui effuſione. ⁊ tūc vulnerat ſe in pectore. et il
lum calidū ſanguinē effūdit ſup̄ eos. ⁊ ſic re-
uiuiſcūt. vt dī in glo. ordinaria. ſup̄ iſtū ꝟſuꝫ.
⁊c̄. Jta de opib⁹ nr̄is a ſerpente inferni vene
natis. Fact⁹ ſum ſic̄ nocticorax. q̄ nō videtur
ſed ſentit̄. Jta dꝫ hō abſcōdi in domicilio ſtu
dij vel orōis. Jō ait Dd. Vigilaui ⁊ fact⁹ ſum
ſicut paſſer ſolitari⁹ in tecto. Saltat eñ paſ-
ſer de loco ad locū cātando. Jta pctōr debet
ſaltare de peccato ad pctm̄. plangēdo ⁊ dolē
do de quolibet. Jtē capt⁹ ex criminib⁹ nō po
teſt dormire ſ; vigilat. ſniam expectat dicēs.
Miſer q̄d erit de me. Jta etiā nos ex h̄ vigi-
lare debem⁹. Certū eſt ꝙ oīs ſum⁹ crimioſi.
⁊ p̄ceſſus eſt iā fact⁹. Ezech. xviij. Aīa q̄ pec-
cauerit ipa morieṫ. Fili⁹ aūt nō portabit ini
q̄tatē patris. ⁊ pr̄ nō portabit iniq̄tatem filij.
Juſticia iuſti ſup̄ euꝫ erit. ⁊ impietas ipi⁹ erit
ſup̄ eū. Si aūt impi⁹ egerit pniam ab oīb⁹
pctis ſuis q̄ opat⁹ eſt. ⁊ cuſtodierit oīa p̄cepta
mea. ⁊ fecerit iudiciū ⁊ iuſticiā. vita viuet ⁊ ñ
morieṫ. Ezech. xviij. Et ſpūs noſter capt⁹ eſt
i fetido carcere corpis expectās iudicē. Mirꝫ
eſt ḡ quō poſſum⁹ dormire in pctis. Sed q̄
non cito ꝯtra malos p̄fertur ſnia. abſq̄ vllo ti
more filij hominū p̄petrāt mala. vt dī Eccs.
viij. Vñ ſemp̄ cogitare d̄bem⁹ quō hic p̄ pec
catis dignam poſſum⁹ agere pniaꝫ. Sꝫ heu
quaſi omēs pniam vſq̄ ad finē vite differūt.
cogitātes tūc agere pniam. cū h̄ tñ vix ſit poſ
ſibile. vt dī Aug⁹. in quodā ſermone d̄ pnia.
Et allegat̄ in. iiij. ſniaꝝ. diſ. xx. ca. j. Dic̄ eñ ſic
ibidem Aug⁹. Si quis in vltima neceſſitate
poſit⁹ voluerit accip̄e pniam. ⁊ accipit. mox
reconciliabit̄ ⁊ hinc vadit. fateor vobis nō il
li negam⁹ q̄d petit. ſ; non p̄ſumim⁹ ꝙ hinc be
ne exit. Si ſecurus hinc exit neſcio. peniten-
tiam poſſum⁹ dare. ſecuritatem vero nō. Nū
quid dico damnabitur. ſed nec dico libera-

tur. Uis ḡ a dubio liberari. age pn̄iam duʒ ſan⁹ es. Si ſic agis. dico tibi qꝛ ſecur⁹ es. q̄a pn̄iaʒ egiſti eo tp̄e q̄ peccare potuiſti Si vis agere pn̄iam qn̄ iā peccare nō potes. p̄ctā te dimiſerūt. nō tu illa. Hec Aug⁹. Et h̄r̄ etiaʒ idē de pe. diſ. vij. Si q̄s. Pʒ ḡ ꝙ fatue faciūt q̄ iā in p̄ctis dormiūt. ꝛ nolūt vigilare ī pn̄ia ſed vſq₃ ad mortē tardāt. Et iā multa faciūt ꝓ corpe. ꝛ nihil faciūt ꝓ aīa. cū tñ xp̄us dicat. Quid ꝓdeſt hoī ſi vniuerſum mūdū lucret̄ ſeipm̄ aūt ꝑdat. ꝛ aīe ſue detrimentum faciat Fili⁹ aūt hoīs ventur⁹ eſt in gl̄a p̄ris ſui cū angelis ſuis. ꝛ tūc reddet vnicuiq₃ ſm̄ opa ſua Matth. xvj. Ergo oportet diligent̄ vigilare ꝛ p̄ctā p̄terita plāgere. ꝛ illa p̄terita iteꝝ nō cōmittere. Un̄ dīt dn̄s Lu. xij. Bti ſūt illi q̄s cū venerit dn̄s inuenerit vigilātes ¶ Dico q̄rto ꝙ vigilāt aliq̄ nō ꝓp̄t lucrū tp̄ale. nec ꝓpter piculū mūdiale. nec ꝛc̄. ſʒ ꝓp̄t clamorē vocis. ſeu alteri⁹ rei ſenſibil̄. ꝛc̄. Et ſ̄ etiā nos vigilare dēm⁹. In auribꝫ nr̄is em̄ ꝯtinue dʒ audiri illa vox tube. Surgite mortui veīte ad iudiciū. q̄ nō ꝑmittet nos dormire. Un̄ Hieronym⁹ audiebat iſtā tubam dicēs. Siue comedā ſiue bibā ſp̄ videt̄ mihi ꝙ audiā illā vocem. Surgite mortui venite ad iudiciū Sʒ nos hēm⁹ aures opilatas. Jō nō ſentim⁹ eaʒ. Itē dēm⁹ audire vocē tube diuīe p̄dicatiōis q̄ dʒ nos excitare ne dormiam⁹ in p̄ctis. Jō p̄cipit de⁹ p̄dicatori dicēs. Clama ne ceſſes. q̄ſi tuba exalta vocē tuā. ꝛ annūcia ꝓplo meo ſcelera eoꝝ Iſa. lviij. Hāc vocē audiebat hieremias q̄ de ſe dīt. Senſus cordis mei turbati ſunt ī me. Nō tacebo. q̄m̄ vocē buccine audiuit aīa mea clamorē p̄lij. Hiere. iiij. Nota. Senſus cordis. qꝛ ſenſus corpis nōdū ſentiūt clamorē p̄lij. Nō dīt ſolatiū. q̄ non ita excitant hoīem ſicut p̄lij q̄ mouēt ſanguinē. non ſolū hoīm. ſʒ etiā equoꝝ qn̄ tube clangūt fortiter. Ita etiā de tuba p̄lij iudicij generalis. vbi oīa p̄ctā erūt manifeſta oī ꝓp̄lo. ſ. toti mūdo. Et iſta bonis cedēt ad gl̄iam eo ꝙ ſ̄ egerint pn̄iam. malis aūt ad ꝯfuſionē ꝑpetuam. qꝛ ꝑpetua pena punient̄ ꝓpter volūtatē eoꝝ malā quā ſ̄ habuerūt ꝛ vſq₃ ad mortē ꝯtinuauerūt. Un̄ ait Greg. ꝛ h̄r̄ de pe. di. j. Voluiſſent iniqui ſine fine viuere vt ſine fine potuiſſent peccare. ꝛ oñdunt ꝙ peccare ſp̄ cupiūt. qꝛ dū viuūt nūq₃ peccare ceſſant Ad magnā ergo iuſticiā iudicātis ꝑtinet vt nūq₃ careāt ſupplicio. qui nunq₃ dū viuerent voluerūt ee̅ ſine peccato. Hec ille ibidē. Ideo vigilate in bona vita. Ecce quare dicit thema. Tu ꝟo vigila. in omnibꝫ labora. Et ſic vigilauit ſanctus noſter. Conclude legendam.

¶ De aſſumptione beate Marie.

¶ Sermo p̄mus

Optimā partem

elegit ſibi maria. Lu. x. Sic p̄n̄s feſtuʒ ꝛ ſolēnitas eſt aſſumptiōis ꝟginis Marie beatiſſime. Et ſ̄ feſtū eſt finis ꝛ clauſura toti⁹ vite ꝟgīs Marie. Jō de eiuſ vita eſt dicēdū. Et habebim⁹ nō ſolū ſpeculationes intellectuales. ſʒ etiā inſtructiōes morales Sʒ ſi ī alijs ſmōibꝫ recurrim⁹ ad virginem ꝓ impetratōe gr̄e. multo magis modo recurrendū eſt ad eā. qꝛ de ea habebim⁹ p̄dicare vt ſentiam⁹ deuotionē. Salutet̄ ꝟgo Maria. ꝛc̄. Et reſumat̄ thema. Pro breui declaratione ꝛ introductiōe materie eſt ſciendū ꝙ vita humana hoīs ſiue mulieris hʒ tres ꝑtes aſcendēdo ḡdatim. ſ. p̄ma eſt bona. ſecūda eſt melior. tertia eſt optima. Prima eſt via naṫe ꝛ iſta eſt tp̄alis bona. Scd̄a eſt via gr̄e. ꝛ iſta eſt ſp̄ūalis melior. Tertia eſt vita gl̄ie. ꝛ iſta ē celeſtialis ꝛ optima. Et quia ꝟgo Maria nō fuit cōtenta vt haberet vitā nature ꝛ gr̄e. ſed etiam gl̄ie. Jdeo de ea dīc thema. Optimaʒ ꝑtem elegit ſibi maria. Prima ps vite humane dī vita nature. q̄ eſt q̄diu aīa eſt eſſentialiter corpi ꝯiuncta. ꝛ iſta eſt bona. quia effectuſ ꝛ creatura dei eſt. quia oīs creatura dei bona ꝛ nihil reijciendū ab ea. vt dī p̄ma Thymo. iiij. Secūda eſt vita gr̄e. ꝛ iſta eſt melior. ꝛ eſt ꝑ ꝯiunctionē ſeu vnionē gr̄e dei cum anima Quādiu em̄ gr̄a dei eſt cum creatura. illuminat eius intellectū ad credendū veraciter. inflammat voluntatē ad diligendū ſincerit̄. gubernat oīa membra corpis ad opandū vtiliter. Et de iſta dicit Dauid in p̄s. Deus de⁹ me⁹. Qm̄ melior eſt miſericordia tua ſup vitas. labia mea laudabūt te. Labia mea. ſ̄ incipit ꝯſtructio. q̄m̄ melior ē miſericordia tua. ſcʒ gr̄a p̄ueniens ſeu iuſtificās q̄ dī ſ̄ miſericordia. Nō eſt. qꝛ nō dat̄ meritꝫ creature ſʒ ſola dei mīa. Alie aūt gr̄e ſubſequētes vel cooperātes acq̄runt̄ ꝓprijs meritis. ſʒ gr̄a p̄ueniens nō. Jō dīt. Melior eſt miſericordia tua. ſcʒ gr̄a p̄ueniēs ſeu iuſtificās. Tertia vita eſt optima. ꝛ iſta eſt vita gl̄e. Si querat̄. q̄re dicatur optima. Rn̄det̄ qꝛ prima vita. ſ. nature ꝑdit̄ ꝑ mortē. Iteʒ vita gr̄e ſ potest ꝑdi ꝑ

peccatũ mortale.ſʒ vita glĩe nõ.qꝛ ex̃q̃ aīa in/
trat paradiſum eſt ita ꝯfirmata ꝙ eſt ĩpecca/
bilis.ḡ iſta vita eſt optima. Ergo Paul⁹ ait.
Optimũ eſt eñi grã ſtabilire cor.ad Heb.vi.
Ecce tres ꝑtes vite humane. Virgo aũt ma
ria habuit vitã nature corꝑalẽ.qꝛ ſm̃ aliquoſ
doctores.lx.annis vixit. Epiphani⁹ dĩc ꝙ vi
xit.lxxij. Habuit etiã vitã grẽ ſpũalis ſup om
nes creaturas.ſʒ nõ fuit ꝯtẽta de his.ſʒ quoti
die petebat vitã glẽ.ꝛ deſiderabat eſſe cum fi
lio in vita glĩe.ad quã hodie aſſumpta ẽ. Et
de illa vita dr̃ thema. Optimã ꝑtẽ.ꝛc̃. Bonã
vitã tenuit.meliorẽ cuſtodiuit.ſʒ optimã ele/
git. ¶ Nõ audite.qꝛ ꝑ vnã q̃ſtionẽ quã vos
facitis volo cõphendere materiã ꝑdicãdam
qñ q̃ritis.quõ eſt ad ꝓpoſitũ thema ſeu euãge
liũ hodiernũ ad ꝟginẽ Mariã.cũ nõ loquaꝛ
niſi de btã maria magdalena ꝛ martha.ḡ vi/
deꝛ impꝫtinẽs ꝛ ĩpropꝛie dictũ hodie. Sʒ rñ/
dẽdo ad iſtã q̃ſtionẽ videbitꝭ ꝙ erit tota ma
teria hodierna in iſto euãgelio. Dico eñi ꝙ ſi
volum⁹ recipe euãgeliũ hodiernũ ſm̃ intelle
ctum lr̃alẽ nõ eſt ad ꝓpoſitũ.ſʒ ſi volum⁹ ipſuʒ
recipe iuxta intellectũ allegoricalẽ ſm̃ quem
ĩpm recipit eccl̃ia.hodie nõ eſt euãgeliũ ma/
gis ꝓpꝛiũ ꝟgini marie ĩ tota biblia.qꝛ tota vi
ta ꝟginis marie in eo cõphẽdiꝛ. Nã ſcñi euan
geliũ ad lr̃am dr̃ tria de ſctã Martha.ſ.de vi
ta actiua ſua.ꝛ dr̃ alia tria de maria magdale
na de vita ꝯtemplatiua.ſʒ iuxta intellectũ al/
legoricũ tãgit ſex ꝟtutes ꝟgĩs Marie glorio
ſiſſime. Primũ qđ euãgeliũ tãgit de btã mar
tha ꝛ dĩ. Intrauit Jħs in q̃ddã caſtellum.ꝛ
mulier quedã martha noĩe excepit illũ in do
mũ ſuã. Ecce ꝑmũ op⁹ vite actiue btẽ Mar
the circa xp̃m. Sʒ allegorice. Ecce cõceptio
filij dei.qꝛ tũc intrauit Jħs caſtellũ h⁹ mũdi
rebellis.ad ſibi illud ſubiugandũ. Et muli/
er quedam Martha.i.dña.ꝛ q̃ eſt maior do/
mina q̃ꝫ ꝟgo Maria.que accepit eũ ĩ domũ
ſuã.ſ.in vtero virginali. Tria ſunt declaran
da ꝛ notanda.

¶ Primũ quare iſte mũdus dr̃ caſtrum
¶ Scd̃m que mulier recepit xp̃m.
¶ Tertiũ in qua domo ĩpm recepit

De ꝑmo notandũ ꝙ mũdus iſte dr̃ caſtrũ ꝓ/
pter ꝯditiones ꝛ q̃litates caſtri inexpugnabi
lis.q̃ ſunt ſepteʒ.oĩa iſta erãt in caſtro rebelli
hui⁹ mũdi. Prĩo opteꝫ ꝙ caſtꝝ ſit ĩ alto ſitua
tũ. Sic iſte mũd⁹ alte ſituat⁹ eſt ꝑ ſupbiã ma
ximã. Jõ dauid loquẽs de habitatoꝛib⁹ hui⁹
caſtri dr̃. Supbia coꝝ q̃ te oderũt aſcẽdit ſꝑ

Scđo ꝙ ſit ĩ circuitu bñ muratũ. Sic caſtꝝ
hui⁹ mũdi erat muratũ ꝑ auariciaʒ muro de
terra.qꝛ auari nõ appetũt niſi terrena. Tertõ
ꝙ ſit bñ vallatũ.ſic caſtꝝ mũdi erat vallatuʒ
in circuitu ꝑ luxuriã.qꝛ ſicut in valle ꝓfunda
ꝯgregaꝛ immũdicie.ſic de pctõ luxurie mul
te corruptiões ꝯgregaꝛ.ꝛc̃.ꝓpꝫ qđ dr̃ Aug⁹.
Vidẽs de⁹ tantã labẽ corruptiõis ĩ humana
natura ꝙ fere.i.ꝑ modicũ deſiuit incarnari.
Quarto ꝙ de victualib⁹ ſit bene ꝓuiſum.ſic
caſtrũ mundi erat bene ꝓuiſum ꝑ gulaʒ. Ad
Phil.iij. Quoꝝ de⁹ venter eſt ꝛc̃. Quinto ꝙ
ſit bñ ſituatũ in colle petroſa inexpugnabili.
Sic caſtꝝ mundi erat bene ſituatũ.qꝛ etiaʒ
erat inacceſſibile ꝑ inuidiam.qꝛ ſi aliquis re
quiraꝛ de pace.dicet.cũ quo faciã pacẽ.ꝑ cor
pus meũ ego dabo ſibi.i.meo inimico innue
re ꝙ tantũ valet gen⁹ meũ vt ſuũ ꝛc̃. Ecce ca/
ſtrum altũ. Vñ ait ſapiẽs. Cõtemplat⁹ ſuʒ la
bores hoĩm.ꝛ induſtrias animaduerti pate/
re inuidie ꝓximi. Eccẽs.iiij. Sexto ꝙ ſit bñ or
dinatũ de armaturis ad defendenduʒ. Sic
mũd⁹ de armaturis ꝑ iram. Septimo ꝙ ſit
poſſeſſum a ꝑſonis fidelib⁹. Sed erat oppoſi
tum ꝙ nolebãt moueri in opib⁹ penitẽtialib⁹
ꝛ meritorijs. Vidẽs de⁹ rebellionẽ hui⁹ caſtri
dixit. Oportet ꝙ ego ꝑſonaliteꝛ vadam ad fa
ciendũ bellũ. Et in die incarnatõis intrauit
ieſus ĩ quoddã caſtellũ.i.mundũ.ꝛc̃. De iſto
caſtro allegorice dixit Jħus diſcipulis ſuis
Jte in caſtellũ.ſ.expugnate eũ cũ bombardiſ
ꝑdicationis.qꝛ ꝯ̃ vos eſt. Math.xxj. Et mu/
lier quedã martha noĩe. Martha interꝑtaꝛ
dña. Nulla eſt dña celi ꝛ terre niſi regina an
geloꝝ ꝟgo maria.q̃ excepit illũ in domũ ſuã
ſcʒ in vtero ꝟginali. De iſta domo cantat ec
cleſia. Dom⁹ pudici pectoꝝ tẽplũ repente fit
dei.intacta neſciẽs viꝝ.ꝟbo ꝯcepit filiũ.qñ.ſ.
dixit. Ecce ancilla dñi. Lu.j. Tũc recepit il/
lum in domo ſua. Patet ḡ quõ ꝑma ꝑs euan
gelij facit ꝓ virgine maria ¶ Moraliter hic
nota. Nam magna excellẽtia fuit ꝟgĩs Ma
rie.qꝛ in domo ei⁹ recepit filiũ dei. Jn h̃ ſibi
aſſimilaꝛ q̃ hodie cõicant.qꝛ ſicut ĩpe venit
in vtero ꝟginali.ita ꝓpꝛie venit in hoſtia cõ/
ſecrata.ꝛ ꝑfecti⁹ recipim⁹ nos ĩpm q̃ꝫ ꝟgo ma
ria.quia ĩpe recepit eũ mortalẽ ꝛ paſſibilem.
cerūt regna Hebr̄. xj. Et angeli tripudiabāt
ad iſtū ſonū. Ecce q̄re dicit. Laudate eū in
⁊c̄. Dicebāt eñ Maledicimur ⁊ bñdicimus.
pſecutionē patimur ⁊ ſuſtinem⁹. blaſphema/
mur ⁊ obſecram⁹. tāq̄ purgamēta mūdi hui⁹
facti ſum⁹. j. Cor. iiij. ¶ Moraliter. nō ſolū
ore vel corde ſed ope imitādo laudand⁹ ē de⁹ ī
martyrib⁊ p patiam in aduerſitatib⁊ ⁊c̄. iuxta
illud apl'i. Patia vobis neceſſaria ē. Hebr̄. x.
¶ Septim⁹ grad⁹ eſt ſctōꝝ doctoꝝ Remigij
Cyrilli. Hylarij. Hieronymi. ⁊ etiā alioꝝ. de
q̄b⁊ Dauid. Laudate eū ī cordis et organo.
Ecce vita doctoꝝ q̄ nō ſolū p̄dicāt ſeu predi
cabāt ſed etiā libros ſcribebāt Ideo dicūt̄ in
ſtr̄m cordaꝝ ⁊ organū. Inſtrumentū eñ cor
daꝝ vt cythara eſt de ligno arido cu3 cordis
tractis cū clauilla. Ita eoꝝ vita erat arida p
pniam. Corde ſunt auctoritates tracte cum
clauilla intellect⁹ vt facerent melodiā ⁊ ꝯcor/
dantiā cū articulis fidei cū determinatōe ec
cleſie ⁊ cū textu anteriori ⁊ poſteriori. Dicunt̄
etiā organū ꝓpter eoꝝ p̄dicationē. Dicat̄ ō or
dinatōe organi. ⁊ quō cū vēto pulſant̄. ⁊ ſunt
ibi multe ⁊ diuerſe voces. Ita de p̄dicatione
doctoꝝ q̄ cū vento aeris loquēdo fiebat. ⁊ cū
vocib⁊ diuerſis p̄latis charitatē ⁊ diligentiā
ad aīas dabat. Religioſos ad obſeruantia3
regule ⁊ votoꝝ aiabat. dabat inſup clericis ho
neſtatē ⁊ caſtitatē. Mercatorib⁊ veritatē. di/
uitib⁊ liberalitatem ꝙ ſine vſura mutuent ⁊c̄
Mulierib⁊ ad viros fidelitatē. Ecce q̄re di/
cit. Laudate eū in cordis ⁊ organo ¶ Mora
liter. imitemur p̄dicando gentib⁊ penitentiā
exemplo eoꝝ. Ideo xp̄us ait. Dico vobis ꝙ
niſi pniam egeritis oēs ſimul pibitis Lu. xiij
¶ Octau⁹ grad⁹ eſt ſanctoꝝ ꝯfeſſoꝝ qui non
ſcripſerūt libros. vt btūs Dñic⁹ Frāciſc⁹ an/
thoni⁹. Paul⁹ prim⁹ heremita. Iō nō dicunt̄
doctores. De iſtis dicit dauid. Laudate eū
in cymbalis bñ ſonātib⁊ Duo cymbala ſunt
vet⁹ ⁊ nouū teſtamentū. Inferi⁹ eſt vet⁹ teſta/
mentū ꝓmittēs ſolū tpalia terrena ⁊ nō cele/
ſtia. Supi⁹ ē nouū teſtamentū ꝓmittēs cele
ſtia. Et tāgunt̄ ad inuicē quādo exponit̄ ⁊ de
clarat̄ auctas veteris ⁊ noui teſtamēti. Ideo
xp̄s. Oīs ſcriba doct⁹ in regno celoꝝ. ſ. ſcri
ptura ſacra. ſil'is eſt homi p̄rifamilias qui ꝓ/
fert de theſauro ſuo noua ⁊ vetera Mat. xiij.

¶ Moralit̄ qn̄ nos tāgim⁹ cymbala p̄dicati
onis. debem⁹ ordinare vitā nr̄am. dicat̄ ordi
natio cuiuſlibet diei. ſ. orare deuote mane et
ſero. q̄libet hebdomada. audire miſſā ɔpletā
cū ſilentio in dn̄ica. q̄libet mēſe ɔfiteri. ꝛ quo
libet anno cōicare in paſca. al's dixit chriſtus
Amē amē dico vobis niſi mādücaueritꝭ car-
nē filij hoīs ꝛ biberitis ei⁹ ſanguinē. nō babe-
tis vitā i vobis ꝛc̄. Joh. vj. ¶ Non⁹ ē v̄ginū q̄
nūq̄ȝ nec corde deſiderādo. nec ore loquēdo.
nec ope curarūt de carnalitate. ſed ɔſuauerīt
ſe in puritate v̄ginali. De iſtis dicit. Laudate
eū in cymbalis iubilationis ¶ Nota hic dr̄n
tiā inter cymbala bene ſonātia ꝛ cymbalū iu-
bilationis Cymbala bene ſonātia ſunt vet⁹ ꝛ
nouū teſtamentū vt dixi. Sed cymbalū iu-
bilationis q̄ eſt ſon⁹ ſecretus. ſunt caro ꝛ aīa.
Qui eīm vult ſuare virginitatē. oportet aīam
caſtigare ꝛ carnem. Et ſic tangūtur iſta cym
bala. Dicit apl's de ſe. Ego aūt ſic pugno nō
quaſi aerē verberās. ſed caſtigo corp⁹ meū ꝛ i
ſuitutē redigo. j. Cor. ix. Ita faciebāt virgi-
nes v̄tute. ſanctitate ꝛ abſtinētia: ſubiugādo
carnē anime. Ideo laudate eū in cymbal' ꝛc̄.
¶ Moraliter imitemur. ſi non ſum⁹ v̄gines
q: ſolū pueri mō ſunt v̄gines. q: de adultis dt̄
Dauid. Corrupti ſunt ꝛ abominabiles facti
ſunt. nō eſt q̄ faciat bonū. ſ. caſtitatis. nō ē vſ
q̄ȝ ad vnū. ſ. de adultis p̄s. lij. Ergo ad min⁹
ſuem⁹ caſtitatē q̄libet in ſuo ſtatu. Vir ꝛ vx-
or in m̄rimonio ſeruātes modū. caſtitatē ſer
uāt. q: nō faciūt luxuriā q̄ ſit pctm̄. ſed q̄cū-
q̄ȝ alit̄ vult h̄re delectatōes p illas ptes. luxu
ria ē ꝛ damnatio. Honorabile ɔnubiū ē. ſ. ſer
uādo modū in om̄ibꝫ. ꝛ thor⁹ immaculatus.
Fornicatores ꝛ adulteros iudicabit de⁹ He
bre. vlt̄. ¶ Decim⁹ grad⁹ ē oīm alioꝝ electoꝝ
ꝛ innocentū. penitentiū. ɔtinētiū ꝛ abſtinēti-
um. De q̄bꝫ dt̄ Dauid. Dis ſpūs laudet dn̄z.
In h̄ mūdo ſunt multa officia. in celo ſolū ē
vnū officiū. De q̄ dauid in p̄s. lxxxiij. dt̄. Be
ati q̄ habitāt i domo tua dn̄e: in ſecula ſclo̅ꝝ
laudabūt te. ¶ Diceret aliq̄s. ḡ tediū debent
h̄re. q: hic clerici quādo diu cātāt attediant̄
Rn̄ſio. Verꝝ ē in h̄ mūdo. ſed i padiſo nō atte
diant̄. imo ſic̄ famelic⁹ qn̄ comedit delectatur
ꝛc̄. magis incōpabilit̄ delectant̄ ſancti in lau
de diuina. Moralit̄ aſſilemur. In celo non
ſolū magni ſcti. ſed etiā minores laudant deū
Ita debet eē in h̄ mūdo. magni ꝛ pui debent
deū laudare. Maiores debēt taliter nutrire
pueros vt q̄libet die qn̄ petūt panem. dicant
Aue maria ꝛc̄. Itē qn̄ ſunt. v. vl'. vj. annoꝝ q̄
ɔfiteant̄. q: dicit. ſ. Greg. q̄ puer. v. annoruȝ
fuit damnat⁹. q: ſic audiebat iurare iurabat.
Nā tota illa etas plena eſt delictꝭ ꝛc. vt dt̄ illa
decretal' de delictꝭ pueroꝝ. Itē q̄ ducatꝭ eos
ad miſſam. Quolibet anno i paſca debēt cōi
care qn̄ erūt. x. vel. xj. annoꝝ. q: illa ē etas di-
ſcretōis. Dicit. b. Tho. in. iiij. ſcp̄. di. xj. ar. v.
q. iij. in corpe. qn̄ aliq̄ ſigna deuotōis i eis ap
paruerunt. Licet aliq̄ clerici ex ignorātia di-
cāt. q̄ nō debēt cōicare q̄uſq̄ȝ ſunt. xx. annorū
Dicat̄ quō curat⁹ dȝ ſcribere q̄ ɔfitet̄ ꝛ cōicāt
ꝛc. Jō apl's. Nolite ad iracundiā. ſupple dei.
puocare filios vr̄os. ſed educate illos i diſci
plina ꝛ correptiōe. Eph. vj. Sic ḡ ſi hic deuȝ
laudauerim⁹ i ſanctis ſuis. ipſe largiet̄ nobis
gr̄am. ꝛ in futuro gloriam.

¶ De omnibus ſanctis. ¶ Sermo. ij.

Vidi turbam ma
gnā quam dinumerare nemo pote
rat. Verbū iſtud habet̄ originalit̄
Apoc. vij. ꝛ recitatū ē ſtatim i epl'a hodierna
Pn̄s ſolēnitas ē oīm ſcto̅ꝝ. Rōem vide i pn̄ti
ſmone. Scd̄m q̄d inuenit̄ i ſcrā ſcp̄tura ſin
gularit̄ in libro reuelationū. ſ. Apocal'. Johā
nes ſcl't exiſtēs in orōne ſubito fuit rapt⁹. Cui
de⁹ oſtēdit totā gl'iam padiſi. ſicut amic⁹ ami
co domū quā edificauit. Et finita reuelatōe
ac ſi fuiſſet interrogat⁹ q̄d vidit i padiſo. Rn̄-
dit. Vidi turbā magnā quā dinumerare ne
mo poterat ex oībꝫ gētibꝫ ꝛ tribubꝫ ꝛ pp'lis ꝛ li-
guis. ſtātes ante thronū ꝛ i ɔſpectu agni ami
cti ſtolis albis ꝛ palme i manibꝫ coꝝ. Et cla-
mabāt voce magna dicētes. Sal⁹ deo nr̄o q̄
ſedet ſup thronū ꝛ agno Apoc. vij. Nota q̄ te
nebāt palmas in ſignū victorie. d̄ diabolo p
humilitatē. de carne p caſtitatē. ꝛ de mūdo p
paupt̄atē. De tota iſta reuelatōe epl'e hodier-
ne ego ſolū recepi p themate. Vidi turbā ma
gnā quā dinumerare nemo poterat. De iſta
magnitudine ſeu q̄ntitate ſcto̅ꝝ volo mō de
clarare duo pūcta. Primo eīm declarabo eo-
rū magnitudinē ſeu quātitatē innumerabilē
Secundo magnitudinē ſeu q̄ntitatē v̄tualē
¶ Pro p̄mo dicit Johānes in themate. Vi-
di turbā magnā ꝛc̄. Sed ſtatim arguo cōtra
h̄. Nā chriſtus loquens de p̄deſtinatis dicit
Multi ſunt vocati. pauci vero electi. Mat-
thei. xx. ¶ Modo eſt queſtio. Cum Johan-
nes dicat eos eſſe innumerabiles. chriſt⁹ ve-
ro dicit. pauci v̄o electi. Mētitur Johānes

Rñſio.nõ.q2 vba ſunt xp̄i reuelata Johi.nec
xp̄s põt mẽtiri nec falli. Lõcordat h̄ difficul/
tas theologica.qm̄ de ſc̄tis poſſum⁹ loq̄ du/
pl'r.ſ.abſolute z reſpectiue ſeu cõpatiue. Pri/
mo mõ ſunt m'ti z q̄ſi innumerabiles nobis.
z ſm iſtũ modũ loq̄tur Johẽs di. Uidi tur/
bã zc̃. Sc̄do mõ ſunt pauci. z ſm iſtũ modũ
loq̄tur xp̄s. Dicat̃ ſilitudo de arena in litto/
re maris.z de illa quã teneo i manu. Si em̄
q̄rat̃.ſi teneo multa grana arene in manu
Rñdeo.abſolute infinita ſunt.ſed reſpectiue
ꝯpando ad illa q̄ ſunt i littore maris pauca g̃
na ſunt in manu. ita ẽ de ſanctis. Si loqui
mur de eis abſolute:ſunt ĩnumerabiles. Jõ
Johẽs ait. Uidi turbã magnã. Jſtud mari
me patebit in iudicio generali.qñ ad dextrã
recipient̃ boni:erit magna turba z q̄ſi innũe/
rabil'.ſed ꝯpando eos dãnatis q̄ erũt ad ſini/
ſtrã:pauci erũt ſaluati. Uerbi grã. Añ xp̄i ad
uentũ trãſiuerũt quaſi.v.milia annoꝝ.z illo
tp̄e null⁹ ſaluabat̃.dempt; paucis de abrãã q̄
in lymbo reſeruabãtur vſq3 ad xp̄i aduentu3
q̄ debebat collocare eos in padiſo.oẽs aũt
alij damnabãtur. Ex q̄ aũt venit xp̄s z lex euã
gelica p apl'os fuit p mundũ publicata:nul/
lus põt ſalu⁹ fieri niſi xp̄iani. Jõ oẽs iudei
agareni.tartari z turci.cauarij.pigmei.hereti
ci z mali xp̄iani.ſciſmatici.inobediẽtes.z qui
moriunt̃ in pc̄õ mortali.oẽs iſti dãnant̃.q2
null⁹ ſaluat̃ niſi q̄ tenet legẽ xp̄i.z moriunt̃ ſi
ne pc̄õ mortali. z iſti ſunt valde pauci. Jdo
xp̄s. Multi ſunt vocati:pauci vo electi.ꝯpa/
tiue. Uñ de iſta materia dicit Jſa.vnã ꝯpa/
tionẽ vel ſilitudinẽ. Quomõ ſi pauce oliue q̄
remãſerũt excutiant̃ ex olea.z racemi cũ fue
rit finita vindemia. Hi leuabũt ſuã vocẽ at
q3 laudabũt cũ gl'ificat⁹ fuerit dñs Jſa.xxiiij.
Jtẽ alia ſilitudo.q2 multi ſunt lapides p̄ci/
oſi in mũdo abſolute.ſed reſpectiue ꝯparan
do ad alios lapides pauci ſunt. Jta de ſc̄tis
abſolute multi ſunt. Quis poſſet ꝯputare q̄t
fuerũt p̄triarche.licet tres fuerint p̄ncipales
ſc3 Abrãã. Jſaac z Jacob.tñ oẽs ſancti q̄ fu
erũt añ ꝓphetas dicunt̃ p̄triarche. Jtẽ q̄t fue
rũt ꝓphete.quot ſancti ſacerdotes.q̄t reges.
q̄t penitẽtes ſunt i nouo teſtamẽto.q̄t tenu
erũt vitã apoſtolicã. q̄s poſſet ꝯputare. Jte3
q̄t martires q̄ p xp̄o paſſi fuerũt.z iã fit feſtũ
innumerabiliũ martyꝝ.q̄t doctores.q̄t ꝯfeſ/
ſores deuote celebrãdo. z ſacramẽta ſine ſy
monia miſtrãdo.q̄t v̄gines q̄ cũ abſtinentijs
ſe ꝯſeruauerũt.q̄t innocẽtes.q̄t penitẽtes.q̄t
ꝯtinẽtes.q̄t de mr̄imonio ſibi mutuo fidem
ſeruãtes.quot deuoti clerici.religioſi.heremi
te. Patet ꝙ ſancti abſoluti multi ſunt. Jdeo
Johẽs ait. Uidi turbã magnã zc. Patet pri/
ma p̄s zc̃. ¶ Quantũ ad ſc̄m punctũ opꝫ
declarare de magnitudine ſeu quãtitate ſã
ctoꝝ v̄tuali.que in trib9 ꝯſiſtit.

¶ Jn potentia excellenti
¶ Jn ſcientia relucenti.
¶ Jn clementia diligenti

Dico ꝙ p̄ma ꝯcluſio ẽ theologie.ꝙ oĩs ſc̄tũs
magn⁹ vel pu⁹ ẽ oĩpotẽs ſue volũtatis. Nã q̄
liber ẽ potẽs facere q̄cq̄d vult. De⁹ em̄ ſimpl'r
z ſine reſtrictõe ẽ oĩpotẽs.ſed ſancti ſũt oĩ
potẽtes ſue voluntatis ſub deo.q2 in padiſo
nulla eſt triſticia. Jdeo ſi aliq̄s ſanct⁹ vellet
aliq̄d q̄d nõ poſſet facere vel habere:triſticiã
haberet z triſtaret̃. Sed q2 ibi nulla eſt triſti
cia nec põt ẽẽ. Jdeo q̄cquid vult habet z fa/
cit. Erat em̄ potẽs ſamſon. Dicant̃ aliq̄ de
ſua potentia.z p̄ncipaliter de diruptiõe tem
pli.tñ potẽtia ipſi⁹ nihil eſt reſpectu potẽtie
ſc̄tõꝝ.q2 aĩa minoris ſancti padiſi.ſi vellet di
ruere vnũ magnũ montem z ꝓijcere in mari
poſſet. Jtẽ potens eẽt rex cũ mille milib9 vi/
ris armoꝝ.tñ potẽtior eſt vna aĩa btã.q̄ ſi vel
let poſſet regẽ z alios mille milia hoĩm armo
rũ occidere. Jſtã potentiã habẽt ſancti par
tim ex grã.ptim ex merito.q2 licet i hoc mũ
do habuiſſent liberũ arbitriũ boni z mali.tñ
ſuã voluntatẽ reſtringebãt cũ diuina volũta/
te nihil faciendo niſi q̄d de⁹ volebat. Jõ mõ
habẽt ptãtẽ faciẽdi q̄cq̄d volũt. dũ em̄ hic vi
uerẽt:habebãt ita liberꝝ arbitriũ ſicut z nos
faciẽdi ſupbias.pompas z vanitates zc̃.ſ3 re/
ſtringebãt ſe gubernãdo ſm dei voluntatẽ z
nõ ſm ſuã inclinatõem: dicẽdo. Dñe.nolo fa
cere h̄ q̄d poſſum.ſed volo facere ſm v̄ram vo
luntatẽ. Jdẽ de auaricia.luxuria.z ſic d̄ alijs
ideo ſunt oĩpotẽtes ſue volũtatis. Sicut
em̄ xp̄s oĩpotẽs noluit in hoc mũdo ꝯuerſã
dovti oĩpotẽtia ſua.ſed humiliauit ſe ad paſ
ſionẽ. habuit tñ oĩpotẽtiã ſup oẽs creaturas
De h̄ figura Gen̄.xlviij. ¶ Nota hyſtoriã de
iacob quãdo debuit mori benedixit filijs io
ſeph.ſ. Manaſſes z effraym. Jſti duo ſignifi
cabãt duos ꝑpl'os Manaſſes.i.obliuio figu
rabat ꝑpl'm iudeoꝝ q̄ fuit anteq3 popul⁹ xp̄ia
nus. De iſta obliuione Hiere.ij. Et ꝑpl's me⁹
oblitus eſt mei dieb9 innumeris. Effraym.i.
augmentũ figurabat ꝑpl'm xp̄ianũ.q2 fuerũt
tot iudei q̄t xp̄iani ¶ Sc̄do de ſcia ſanctoꝝ

eſt notandū. Et hec eſt magna ꝯſolatio ruſti
coꝝ bñ viuentiū. Nā in pūcto in q̄ aīa ſapiē/
tis vel ruſtici ſiue pueri intrat paradiſuȝ. deus
apit ſibi vnū librū ſolū hñs duas cartas. et
ſubito hñt noticiā oīm artiū. ſciētes naturas
ꝛ vtutes ꝛ ꝓprietates oīm rerū. Iſte liber eſt
xp̄s. Prima carta ē diuinitas. Secūda ē hu
manitas. Plus ſcit tunc vnꝰ ruſticꝰ beatꝰ q̄ȝ
ſciuerit h̄ oēs apl̄i ꝛ vgo maria q̄ p̄ oībꝫ fuit
illumiata. Hoc tangit Gregoriꝰ. Quid ē ait
qd̄ nō videāt q̄ videntē oīa vidēt. Iō in pa/
diſo nō ſunt magiſtri nec p̄dicatores docen/
tes alios. qꝛ tūc complet̄ ꝓphetia Hiere. xxxi.
Ecce dies veniēt dic̄ dn̄s. nō docebit vltra
vir ꝓximū ſuū ꝛ vir fratrē ſuū. dicēs. cogno/
ſce dn̄m. Oēs eñ cognoſcēt me a mimo vſq̄ȝ
ad maximū ait dn̄s. Sȝ in h̄ mōo indigemꝰ
magiſtris. Ideo teneatis bonā vitā ꝛ ſtudea
tis modo in libro charitatis ꝛ dilectōnis. qꝛ
tūc ſcietis oīa ꝛc. ¶ De tertio nota q̄ quāti/
tas ſiue magnitudo ſanctoꝝ vtualis ē clemē
tia diligēs. qꝛ gloriā quā ipi habent deſide/
rant nos hr̄e. rogādo ꝓ nobis vt ad illā glo/
riam ꝑueniamꝰ. parētes eñ amici filij q̄s ibi
habemꝰ orant ꝓ nobis. Dicat̄ quō in cathe/
dris ſunt ſcripta noīa exiſtētiū in gr̄a ſm̄ pre
mia eis correſpōdentia. Gaudete ꝛ exultate.
qm̄ noīa vr̄a ſcripta ſunt in celis. Lu. x. Co/
gita qm̄ amici noſtri vidēt ibi noīa ſcripta. et
letant̄ ꝛ rogant deū vt ꝯſeruemur in gr̄a ꝛc.
Sed qm̄ hō peccat mortaliter delet̄ nomē ꝛ
ſcribit̄ ī inferno. Auctas. Qui autē peccaue/
rit mihi delebo eū de libro meo. Exo. xxxij.
Cogitate quō amici noſtri cū iam nō vidēt
ibi noīa noſtra ſcripta. ſi poſſet ibi eſſe triſti/
cia quō triſtaret̄. tūc orāt deū vt ꝯuertamur
de peccatis ꝛ faciamꝰ pn̄iam ꝛc. Ecce clemē
tia ſanctoꝝ. Auctas Cypria. Patriā noſtraȝ
paradiſum cōputemꝰ. parētes patriarchas et
ꝓphas iam hr̄e cepimꝰ. Ut q̄d nō ꝑperamus
vt q̄d nō currimus. vt patriā noſtrā videre ꝛ
parētes nr̄os viſitare poſſemꝰ. Magnꝰ illic
charoꝝ numerꝰ nos expectat. turba filioruȝ
parentū ꝛ amicoꝝ. qui iaȝ ſunt de ſua ſalute
ſecuri. adhuc de nr̄a ſolute ſolliciti.

¶ De omnibꝫ ſanctis Sermo tertius.

M Erces veſtra copi

oſa ē in celis. Math. v. Volētes nūc
vobis p̄dicare de oībꝫ ſanctis dei. de
quoꝝ beatitudine hodie ꝑ totū mūdū fit ſo/
lēnitas. Iō vt ſmo nr̄ dicat̄ a me ꝛ audiat̄ a
vobis in laudē ꝛ reuerētiā dei p̄ncipaliter et
oīm ſanctoꝝ. p̄ſentemꝰ vgini illud iocale qd̄
ipa tantū diligit. ſ. ſalutationē angelicam ꝛc.
Hoc vbū eſt xp̄i in euāgelio hodierno dicen
tis oībꝫ ſanctis paradiſi. Merces vr̄a. i. gl̄ia et
beatitudo quā hētis ē ī celis copioſa. Nō d̄
beatitudine ſctōꝝ ſm̄ motiuū thematis ꝛ ſȝ
q̄ feſtū req̄rit volo tria pūcta declarare.
¶ Primo de loco ꝛ gl̄ia excellēti.
¶ Scd̄o de numero ſctōꝝ trāſcēdenti.
¶ Tertio de ſtatu ſanctoꝝ ꝯueniēti.
Iſtis declaratis credo q̄ intelligatis gloriā
paradiſi. ¶ Quātū ad p̄mū de loco ꝛ de glo
ria excellēti dicit thema. in celis. nō in terris
qꝛ in hoc mūdo nō habuerūt magnā gloriā
ſed labores tedia et miſerias. ſed in celis hñt
gloriā. Ideo apl̄us in ꝑſona omniū ſanctoꝝ
dicit. Noſtra ꝯuerſatio ī celis eſt. vñ ꝛ ſalua/
torem expectamꝰ dn̄m noſtrū ih̄m xp̄m q̄ re/
formabit corpꝰ humilitatis nr̄e configuratū
corpi claritatis ſue. ad Phil. iij. Queſtio eſt
hic theologicalis ꝛ phiſicalis. Certū eſt hic.
q̄ gl̄ia ſanctoꝝ eſt in celo empirreo immobi
li ꝛ impmutabili. Cū ergo celū empireale ñ
ſit niſi vnuȝ. q̄re xp̄s dicit in themate. Mer/
ces veſtra copioſa eſt in celis. pluraliter. ma
xime qꝛ Lucas recitās hoc verbū dicit. Ec/
ce merces veſtra copioſa eſt in celo. Luc. vj.
Rn̄deo q̄ de celo empirreo poſſumꝰ loq̄ du
pliciter. ſ. cōiter vel diſtincte. Cōmunit̄ autē
loquēdo tota portio q̄ eſt ſupra p̄mū mobile
vel celū criſtallinū vel aque dicit̄ celū empi/
reale. ꝛ ſic nō eſt niſi vnū celū empireale. Et
iſto mō loquit̄ Lucas in p̄dicta auctoritate.
Si autē volumꝰ loqui de celo empireali di
ſtincte ſm̄ q̄ eſt diſtinctū ꝛ ordinatū in nouē
ordinibꝫ angeloꝝ q̄ꝝ quilibet eſt maior tota
terra. iſto mō ſunt multi celi. ¶ Primū celū
vt ſic eſt ſanctoꝝ angeloꝝ. qui ſimpl̄r dicunt̄
angeli q̄ deſcendūt ad cuſtodiendū nos ꝛ ad
adiuuandū. In iſto ordine habitāt ꝑſone pe
nitētes q̄ in h̄ mūdo affligunt carnē ſuā aliq̄
modo. Ibi eñ fit magnū feſtū de eis. Dico
vobis q̄ gaudiū eſt in celo corā angelis dei.
nō dicit corā archangelis. ſuꝑ vno peccato/
re pn̄iam agēte. Lu. xv. ¶ Secundū maius
eſt archangeloꝝ. q̄ ſunt ſub e ſpūales. In iſto
ſcribunt̄ ꝑſone q̄ cū afflictiōe penitētiali hñt
ſimul deuotionē ſpūalem. nō ſolū affligūt et
tormētāt carnē ꝑ afflictionē. ſed ꝯfortāt ſpm̄
ꝑ deuotionē orādo. legēdo. ꝯtēplādo. ꝛ miſ/
ſas ꝛ ſmones audiēdo. Iō dauid ait. Mihi

autẽ adherere deo p̱ deuotionẽ ſpũalem. bo
nũ eſt. ponere in dño deo ſpem meã. ps. lxxij.
¶ Tertiũ et excellenti⁹ eſt p̃ncipatuũ. In h̃
habitãt aĩe ſanctaꝝ pſonaꝝ q̃ vltra afflictões
penitẽtialẽ ꝛ deuotionẽ ſpũalẽ dederũt ſe ad
miſerationẽ fraternalẽ. nõ miſerabilit̃ ſ; co/
pioſe ꝛ abũdant. q̃ magis delectant̃ i elẏnas
dando q̃ȝ auar⁹ i ꝯgregãdo. Beati miſericoꝛ
des. qm̃ ipi miſericoꝛdiã ꝯſequet̃. Math. v.
¶ Quartũ mai⁹ ẽ poteſtatũ. In h̃ ſtãt patiẽ
tes q̃ vltra afflictionẽ deuotionẽ ꝛ miſeratio
nẽ habuerũt patiẽtiã ſp̃tualẽ. qꝛ ex nll'a tribu
latiõe ſeu aduerſitate recipiũt amaritudinez
coꝛdis ꝯ deũ. ſ; dulcit̃ ſe ꝯformãt diuine vo/
lũtati. nõ murmurãt. ſ; deum laudãt. Jõ ait
apl'us. Patiẽtia vob̃ neceſſaria eſt. vt volũ/
tatẽ dei faciẽtes repoꝛtetis repromiſſiõez. ad
Heb. x. ¶ Quintũ eſt virtutũ. In iſto ſtant
pſone q̃ vltra p̃dicta hñt ꝯcoꝛdãtiã p̱rimalẽ.
ex nulla iniuria recipiũt deſideriũ vindicte.
nec auferũt ſp̃ũ bonũ. q̃ ſui ex vindicta ne/
minẽ odiũt. Jõ dicit ſcp̃tura. Cũ oĩb; hoĩb;
pacẽ hñtes. nõ vos defendẽtes chariſſimi. i.
vindicantes. ſed date locũ ire. ad Roma. xij.
¶ Sextũ ẽ dñationũ. maius ꝛ nobili⁹. Ibi
collocant̃ q̃ habẽt p̃ſidentiã humanalẽ. ſ. im/
peratoꝛes. reges. duces. comites ꝛc̃. ꝛ p̱ploꝝ
rectoꝛes q̃ habẽt dominiũ iuſtũ. ꝛ bono titu
lo. ꝛ ſeruãt iuſticiã. nõ faciũt rapinã. nec ali/
cui faciũt iniuriã. ſunt ꝯtenti de ſuis reddi/
tib;. miniſtrãt iuſticiã tã puis q̃ȝ magnis ſm
oꝛdinẽ iuris ꝛ ꝯſuetudinẽ. Idẽ de p̃latis qui
intrãt p̱ poꝛtã. ꝛ qñ ſunt intus bñ gubernant
ſe. de redditib; faciũt tres p̱tes. vnã dant ec/
cleſijs ꝛ hoſpitalib;. aliã paupib;. tertiã reti/
nent ſibi. magis curãt de aĩab; q̃ȝ de redditi/
bus. tales qñ moꝛiunt̃ cũ magno honoꝛe in
iſto ſexto oꝛdine collocant̃. qñ trãſcunt p̱oꝛ/
dines angeloꝝ. archangeloꝝ ꝛc̃. in q̃libet oꝛ/
dine fit eis magnũ feſtũ. Dicũt angeli. facia
mus magnũ feſtũ. qꝛ tot anni ſunt ꝙ nullus
huc venit de iſtis. Jõ dicit ſcriptura. Si de
lectamini in ſedib; ꝛ ſceptris. O reges popu
li diligite ſapiam vt i p̱petuũ regnetis. Sa/
piẽtie. vj. ¶ Septimũ eſt thronoꝝ q̃ quieſ/
cunt in ꝯtemplatiõe glie. In h̃ vadunt illi q̃
in hoc mũdo tenuerũt paupˀtatẽ apl'icalẽ. di
mittẽtes p̱ xp̃o oĩa hĩta et habẽda et etiã de/
ſideriũ habẽdi vt habeãt coꝛ liberũ. ſ; tñ di/
uites ſunt ſp̃utib; ꝛc̃. Talib; dic̃ xp̃s. Amen
dico vobis ꝙ vos q̃ reliquiſtis oĩa et ſecuti
eſtis me. in regeneratiõe cũ ſederit fili⁹ hoĩs
in ſede maieſtatis ſue. ſedebitis ꝛ vos ſup̱ ſe/
des. xij. iudicãtes. xij. trib; iſrael. Math. xix.
et Luce. xxij. dicit̃ ſedebitis ſuper thronos.
¶ Octauũ eſt cherubinoꝝ. i. plenitudo ſa/
piẽtie. In iſto ſtabũt illi q̃ dant ſe ad ſciaȝ di
uinalẽ. ſtudẽdo ꝛ ꝯtẽplãdo. hñt tantã clarita
tẽ intellectus ꝙ alios etiã illuminãt. De iſtis
dicit ſcp̃tura. Qui docti fuerint fulgebũt q̃ſi
ſplẽdoꝛ firmamẽti. et qui ad iuſticiã erudiũt
multos q̃ſi ſtelle i p̱petuas eternitates Dañ.
xij. ¶ Nonũ eſt ſeraphinoꝝ q̃ ſunt maioꝛes ꝛ
excellentioꝛes oĩb; alijs. In iſto ſũt pſone de
charitate ſupnali. qꝛ maioꝛ hoꝝ eſt charitas
j. Coꝝ. xiij. qꝛ ſic̃ lucerna ſtatĩ ad ignẽ liq̃ſcit
ſic tales ſũt ita ardẽtes i dei amoꝛe. qꝛ ſtatim
qñ cogitãt de eo liqueſiũt i lachꝛymis. ſuſti/
nent oẽs laboꝛes p̱ deo. Tales qñ moꝛiunt̃
collocant̃ in iſto oꝛdine cũ magna ſolẽnitate
ſic̃ ſponſa ducit̃ cũ honoꝛe. ꝛ collocat̃ a xp̃o.
Jõ dic̃ apl's. Sup̱ oĩa charitatẽ habete qδ
eſt vinculũ pfectiõis. ad Col'. iij. Ex iſta de/
claratiõe p; ꝙ lic; celũ empireale non ſit niſi
vnũ. loquẽdo cõiter ſ; tñ diſtinctũ i nouẽ oꝛ/
dinib; ſunt plures celi. Et ſm h̃ dic̃ xp̃s oĩb;
ſanctis. Merces vr̃a copioſa eſt in celis. q̃a
nõ oẽs ſancti ſunt in vno oꝛdine. ſ; aliq̃ cuȝ
angelis. aliq̃ cũ archangelis ꝛc̃. Sic g̃ patet
de coꝝ glia excellẽti. qꝛ in celis. ¶ Quãtum
ad ſecũdũ videndũ eſt de numero ſanctoꝝ
tranſcẽdẽti an ſint multi. qꝛ de multitudine
ſctõꝝ dic̃ thema. Copioſa eſt. intm̃ ꝙ beatus
Johes euãgeliſta cui de⁹ oñdit gliã vt ami/
cus oñdit amico domũ ſuã. et vidit beatitu/
dinẽ multoꝝ. de qua dicit in epl'a hodierna.
Uidi turbã magnã quã dinumerare nemo
poterat. Apoc. vij. S; eſt h̃ queſtio bona et
intricata. Diceret aliq̃s. Mirũ eſt ꝙ Johã/
nes dicat eſſe turbã magnã ꝛ quaſi innume/
rabilẽ. Et nũquid dicit xp̃s. Multi ſũt vo/
cati. pauci ṽo electi. Math. xx. Hec difficul
tas theologica ꝯcoꝛdat̃ ſic qꝛ de ſanctis poſ/
ſum⁹ loq̃ dupliciẗ. ſ. abſolute vel reſpectiue.
Primo ſancti ſunt multi q̃ſi inumerabiles a
nobis. ꝛ ſm iſtũ modũ loquit̃ Johes qñ dic̃
Uidi turbã magnã ꝛc̃. Scd̃o loquẽdo ſunt
pauci electi. ꝛ ſm iſtũ modũ loquit̃ xp̃s. Mul
ti ſunt vocati ꝛc̃. Nota ſimilitudinem de pu/
gillo arene abſolute loquẽdo. in quo ſũt q̃ſi
infinita grana. S; cõparatiue loquẽdo re/
ſpectu mõtanee arene pauca grana ſunt Ita
etiã natura hũana eſt quedã mõtanea arene.
Multiplicabo ſemẽ tuũ velut arenã que eſt

in littoꝛe maris. Gen̄.xxij. Hoc fuit dictum
abꝛae.ſ; multo magꝭ potuit dici ade. De iſta
mōtanea arene.ſ.hūane nature recepit deus
manū plenā. Juſtoꝝ aīe ī manu dī ſꝫ. Sap.
iij. De iſta materia vide ī illo ſmone omniū
ſanctoꝝ. Uidi turbā magnā ⁊c̄. ¶ Quātum
ad tertiū de ſtatu ſanctoꝝ ꝯuenienti. Ex quo
vidimꝰ de gloꝛia ſanctoꝝ excellenti. ⁊ de nu/
mero ſanctoꝛum tranſcendenti. nūc viden/
dū eſt de ſtatu ſctōꝝ cōuenienti. de quo dicit
Merces vrā. Salariū eſt qđ.ſ.habuerūt ex
bonis opibꝫ q̄ hic fecerūt. Gloꝛiā iſtā ſancto
rū poſſum vobis declarare tripliciť.ſ.

¶ Pꝛimo ꝑ potentiā excellentē.

¶ Secūdo ꝑ ſciam reſplendentē.

¶ Tertio ꝑ beniuolentiā diligentē.

De iſta materia vide in ſermone ibi. Uidi
turbam magnā ⁊c̄.

¶ In die animaꝝ ſermo pꝛimus.

Est cogitatio pꝛo
defunctis exoꝛare.ij.libꝛo Macha
beoꝝ.xij.c. Tota ſolēnitas ⁊ officiū
p̄ſentis diei eſt ꝑ defunctis exoꝛare omniū fi
deliū defunctoꝝ. Sicut ſancta mať eccleſia
heri fecit feſtū de ſanctis aīabꝫ q̄ iam ſunt in
paradiſo. que ibidē ſunt cū certitudine. Sꝫ
hodie fit de animabꝫ que ſunt in purgatoꝛio
ſperātes ad ꝑadiſum ꝑuenire. ꝓpter hoc etiā
oꝛat eccľia vt cito ad gloꝛiā itroducanť. Jō
volens me oꝛdinatiōi eccľie ꝯfoꝛmare. volo
nunc vobis p̄dicare de animabꝫ purgatoꝛij.
Sed ꝑus ſaluteť virgo Maria ⁊c̄. ¶ Pꝛo
fundamēto ſciendū ꝙ qꝛ deus creauit mun
dū magnā differentiā fecit inter creationem
creaturaꝝ coꝛpoꝛaliū vitam habentiū ⁊ ho/
minē. qꝛ de creaturis coꝛpoꝛalibꝫ vitā habē/
tibus alique habēt ſolum animā vegetatiuā
vt plāte. que poſſunt augmētari. Alique aūt
habēt animā vegetatiuā ⁊ ſenſitiuā vt aīalia
irrōnabilia. Sed homo habet animā vege/
tatiuā et ſenſitiuā et intellectiuā. Et eſt talis
differentia inter creaturas coꝛpoꝛales ⁊ ho
minē. quia in creaturis vitā habentibꝫ ani/
ma vegetatiua ⁊ ſenſitiua educunť de potē/
tia materie. Et quando creatura moꝛiť ani/
ma vegetatiua ⁊ ſenſitiua moꝛiť ⁊ deſinūt eē.
nō ſic de aīa intellectiua homis. qꝛ nō educiť
de potentia materie. nec habet fundamentū
nec aliquod ſuſtentamentū actiue. imo ipſa
ſuſtinet coꝛpus. ⁊ totū eſſe coꝛpis eſt ab ani/
ma. ⁊ ipa a ſolo deo creatur in vtero matris.
Ideo moꝛtuo hoīe aīa remanet ī ſuo eſſe. q̄a
nihil hꝫ a coꝛpe. Jō dicit deꝰ. Oīs aīe mee
ſunt. vt aīa pr̄is ita ⁊ aīa filij mea eſt. Ezech.
xviij. Aīa que peccauerit ipa moꝛieť. ibidē;.
Qn̄ hō peccat moꝛtaliť moꝛiť aīa. qꝛ ꝑdit di
uinā grāз. ſꝫ nō ꝑdit eſſe eſſentiale. Jō moꝛ/
tuo coꝛpe aīa intellectiua ꝑmanet ī ſuo eſſen
tiali eſſe ⁊ ꝑpetuali. Jō dixit deus a p̄ncipio.
Faciamꝰ hoīem ad imaginē ⁊ ſilitudinē no
ſtrā. ⁊ p̄ſit piſcibꝫ maris et volatibꝫ celi et be/
ſtijs terre vniuerſeqꝫ creature. Gen̄.j. Uo. ad
imaginē ⁊ ſilitudinē noſtrā. qꝛ ſicͭ deus vnꝰ ē
in toto mūdo ⁊ in q̄libet eiꝰ ꝑte. ⁊ regit et gu/
bernat mūdū..tn̄ nihil recipit ſꝫ dat ſibi eſſe.
Et ſi mūdus coꝛrūpereť ex hoc nō coꝛrūpe/
reť deꝰ. qꝛ nihil habet ab eo. Ita de aīa intel
lectiua vna in toto coꝛpe ⁊ in q̄libet eius ꝑte
⁊c̄. Jō coꝛrupto coꝛpe non coꝛrūpiť aīa. In
iſta excellētia homo p̄ſidet piſcibꝫ maris vni
uerſeqꝫ creature. qꝛ in illis aīa totū eſſe habet
a coꝛpe. ⁊ ipis coꝛruptis coꝛrūpiť aīa. Nota
h̄ erroꝛē ſaduceoꝝ. q̄ recitať a tribꝫ euāgeliſtꝫ
Math.xxij. Mar.xij. ⁊ Lu.xx. q̄ credebāt ꝙ
ſicͭ in alijs creaturis coꝛrūpiť ſimul coꝛpꝰ et
aīa ꝙ etiā in hoīe. Quibꝫ dixit xp̄s. Erratis
neſciētes ſcpturas neqꝫ ꝟtutē dī. De moꝛtuis
aūt nūquid legiſtis in libꝛo Moyſi qn̄ dixit
illi deꝰ. Ego ſum deꝰ Abꝛaā ⁊ deus Iſaac ⁊
deꝰ Jacob. Nō eſt deꝰ moꝛtuoꝝ ſed viuētiū
vos ergo multū erratis. Nota. erratis neſciē
tes ſcripturas. q̄ dicūt oppoſitū. Neqꝫ ꝟtutē
dei q̄ creat animā de nihilo. Uos ḡ multū
erratis. qꝛ erroꝛ q̄ maxime ⁊ multū nocet ho
mini eſt nō credere aīe ꝑpetuitatē. qꝛ ex h̄ ſta/
tim ꝑdit ſpem gľie quā nō deſiderat. ⁊ ꝑdit ti/
moꝛē penarū inferni q̄s nō vitat. His amo/
tis oīa pctā veniūt ſibi in ꝓmptu. quia nō ti/
met diuinū iudiciū. Pꝛopter h̄ dyabolꝰ ſub
tilis ſingulariť tēptat gentes de iſto erroꝛe. q̄
admiſſo gētes faciliter peccant. Talibꝫ acci/
dit vt aſino q̄ oculis clauſis circuit tumbaз
Sic dyabolꝰ clauſis gentiū oculis anime.ſ.
ſpei ⁊ timoꝛis circuūt bona tꝑalia ⁊ in fine in
ueniūt ſe deceptos. Jō dixit xp̄s. multū erra
tis. Cōtra hunc erroꝛē ſancta mr̄ eccľia fecit
heri ſolēnitatē de ſanctis aīabꝫ q̄ viuūt in pa
radiſo. ⁊ hodie d̄ illis q̄ viuūt in purgatoꝛio
Jō dicͭ thema. Eſt cogitatio.ſ. eccľie vniuer/
ſalis. ꝑ defunctis.ſ. q̄ ſunt in purgatoꝛio exo
rare. Patet thema. Nota. pꝛo defunctis. non
dicit ꝑ oībꝫ vniuerſaliť. ſꝫ ꝑ defunctis ꝑticu/
lariter ſeu indiffinite. Nam defuncti ſunt in

triplici gradu ſeu differentia ſm Auguſtinū in libꝛo de cura ꝑ moꝛtuis agenda.

¶ Quidā ſunt ita boni ꝛ ꝑfecti ꝙ nr̄is oꝛationibꝫ non indigent.

¶ Quidā ſunt ita mali ꝛ ꝑuerſi ꝙ oꝛōnes et ſuffragia noſtra nihil eis ꝓficiūt.

¶ Quidā ſunt mediocres q̄ de nr̄is oꝛōnibꝫ ꝛ ſuffragijs magnū ꝓfectū ſentiūt.

Et de iſtis tertijs dicit thema. Eſt cogitatio ꝛc̄. ¶ Quātū ad ꝓmū. ſic ſunt illi q̄ iā ſūt bti ī ꝑadiſo q̄ nō indigēt nr̄o ſuffragio. imo nos indigemꝰ coꝝ. Rō. qꝛ in inſtāti in q̄ aīa innocētis vel cōdigne penitētis intrat ꝑadiſum. ſtatim recipit ſalariū ſiľ totū de oībꝫ bonis q̄ fec̄. ſiue coꝛde cogitādo ſeu oꝛe loq̄ndo ľ ope faciēdo. ſ. dare aquā frigidam ſi nō pōt dare aliud. ꝓ illo hēbit ſalariū in ꝑadiſo. Auctas. Quicūqꝫ dederit potū vni ex mīmis iſtis calicē aq̄ frigide tm̄ in noīe diſcipľi. Amē dico vobis nō ꝑdet mercedē ſuā. Math. x. Quāto ḡ magꝰ ex magnis opibꝫ. Nā ſuat deꝰ modū aliquoꝝ dn̄oꝝ. q̄ ſuitoꝛibꝫ ſuis nō ſoluūt modicū. ſꝫ ſimul. intm̄ ꝙ gradꝰ gľie eſſentialis nunqꝫ poſt augmētať. Jō dic̄ Job. Cōſtituiſti termīos eiꝰ. ſ. gľie eſſentialis. q̄ ꝑteriri nō poterūt. Dicūt phi ꝛ ſignanť medici ꝙ augmentū eſſentiale hoīs cōiter termīať in tertio ſeptenario. q̄uis etiā vlteriꝰ delectatōibꝫ valeat ꝛ pinguedine dilatari. Ita etiā de aīa qn̄ intrat ꝑadiſuꝫ. ſtatim attingit vltimū gradū ſue gľie eēntialis vltra quē nō ē aſcēſus. dilatať tn̄ qꝛ gaudet de bonis opibꝫ q̄ faciūt ꝓpter dei honoꝛē ꝛ ꝓpter vtilitatē nr̄am. ꝛ hoc vocať gľia accidētalis. Sꝫ gľia eēntialis q̄ ē viſio ꝛ dilectio ꝛ fruitio nō augmētať. Ecce q̄re dicit. Cōſtituiſti termīos eiꝰ. ſ. hoīs. ſ. augmēti coꝛꝑalis ꝛ gľie eſſentialis q̄ ꝑteriri nō poterūt. Jdō nō oꝛamꝰ ꝓ iſtis vt coꝝ gloꝛia augmēteť. ſꝫ oꝛamꝰ eos vt ipi oꝛent ꝓ nobis dicēdo. Oꝛate ꝓ nobis oēs ſancti dei vt digni efficiamur ꝓmiſſiōibꝫ xpi. ¶ Quātuꝫ ad ſecūdū nota. quidā ſūt ita mali ꝛ ꝑuerſi ſic ꝙ nr̄e oꝛōnes nō pn̄t eis valere. Sic ſūt peccatoꝛes q̄ ſciūt ſe ſtare ꝛ viuere in pctīs et mala vita ꝛ nō ꝯuertunť. Deꝰ oꝛdinauit viā hūilitatis ad ꝑadiſum. ꝛ ipi volūt ire ꝑ viā ſuꝑbie ꝛ ſic de alijs. nec ꝯfitenť niſi ꝓpter verecūdiā mūdi. ꝛ tunc ficte. Tales qn̄ moꝛiunť ſtatim deſcendūt ad infernū. Ducūt in bonis dies ſuos ꝛ in puncto ad inferna deſcendūt. Job xxi. Nota in pūcto. ſ. onere pctōꝛū. vt ſi mola caderet de aere ſubito ī mari. Hoc declara-

uit Johes q̄ vidit angelū cuꝫ magno lapide molari. Ad queꝫ Johes. Quid eſt h̄. Rn̄dit angelꝰ. Hoc impetu mitteť babilon. i. ꝯfuſio ſic̄ ſūt illi q̄ nullū oꝛdinē ſernāt ī vita ſua. mittenť in ꝓfundū inferni. Apoc. xviij. Iſtis āt nō ꝓficiūt oꝛōnes nec ſuffragia. Rō. qꝛ ſicut mēbꝛo abſciſo ꝛ moꝛtuo vitalia cibaria non ꝓficiūt nec medicine. Sic nec dānatiſ ī inferno. q̄bꝫ tāqꝫ mēbꝛis moꝛtuis ꝛ a coꝛꝑe eccľie totaliť abſciſis vitalia cibaria eccľie. ſ. coꝛpꝰ ꝛ ſanguis ih̄u xpi ꝛ oꝛōnes ꝛ bona oꝑa nihil eis ꝓficiūt. intm̄ ꝙ ſi oēs miſſe dicerēť ꝓ vna aīa dānata. nō ꝓficerēt ſibi ī q̄cūqꝫ. nec etiaꝫ medicine eccľie nec ſacr̄a eis pn̄t ꝓficere. nec ꝯfoꝛtatio ſctāꝝ doctrinaꝝ. Moꝛtuo homīe impio nulla erit vltra ſpes. Prouer. xj. Nota Moꝛtuo impio. nō dic̄ hoīe pctōꝛe. qꝛ peioꝛ eſt hō impiꝰ. qꝛ impiꝰ ē pctōꝛ īpenitēs. Ecce q̄lē impietatē facit. ac ſi hr̄et filiā pulchꝛā et gratā q̄ caderet in puteo. ꝛ nollet eā inde extrahere vel in igne ſeu in luto vel in aq̄. Sic q̄libet pctōꝛ hꝫ vnā filiā legitimā pulchꝛā et gratā. ſ. aiam. ꝛ vidēs ꝙ cadit ī luto ſuꝑbie et tu poſſes eā retinere ꝑ hūilitatē. et nō curas. Itē in igne auaricie dimittis cadere dicēſ ꝓ certo. ego ꝯgregabo pecunias. ꝛ tu poſſes eā extrahere ꝑ reſtitutiōꝫ. ꝛ nō curas. Itē cadit in flumīe ꝑ decurſum luxurie. ꝛ poſſes retinere ꝑ caſtitatē ꝛ ꝑ abſtinētiam. qꝛ venter ꝛ ille ꝑtes vicine ſūt ꝛc̄. Talis dꝛ impiꝰ. q̄a nō curat de ſua filia. imo veriꝰ de filia xpi. Jdō dꝛ Moꝛtuo homīe impio nulla erit vltra ſpes nec alleuiādi nec deponendi penarū inferni nec exeūdi. Ex h̄ extirpať erroꝛ aliq̄rū dicentiū ꝙ licꝫ ſuffragia nō poſſent eos extrahere de inferno. tn̄ dant eis aliquā alleuiationem ꝛ ꝯſolationē. Hoc eſt erroꝛ. Et dāt exēplū d̄ famulo q̄ poꝛtat onꝰ. cui dať ad comedendū ꝛ bibendū. licꝫ nō deponat onꝰ penaꝝ. q̄ licꝫ nō poſſint onus deponere tn̄ ſentiūt refrigerium ꝛc̄. Erroꝛ eſt imo augmentať eis pena. Qn̄ hō oꝛat ꝓ aliq̄ qui eſt dānatꝰ q̄uis h̄ neſciať. non ſolū tn̄ non valet ſibi ad exeūdum. ſꝫ etiā ſibi penā auget. Declareť ꝑ ſiľitudinē de milite captiuo ī barbaria. cui mittiť ꝑciū ſꝫ ꝑdiť ī mari. q̄ qn̄ ſcit ꝑciū ꝑditū nō ſolū nō erit de captiuitate nec refrigerať. imo cruciatur qn̄ ſcit ꝙ ꝑcium eſt ꝑditū. Sic etiā ꝑciū de aiabꝫ ꝛ ſuffragiū miſſe. oꝛōnes ꝛc̄. q̄ qn̄ vident ꝙ nō pn̄t eis ꝓficere cruciant ꝛ maledicunt ſe ꝛ dic̄ natiuitatiſ. Jō ꝑ eis nō oꝛamus qꝛ licꝫ indigeāt ſuffragijs nō tn̄ poſſunt eis

ꝑficere nec valere. Aug⁹. dt. Si ſcirẽ aiaȝ pa
tris mei ĩ inferno cõſciaȝ haberẽ orare ꝓ illo.
Jð orat eccl'ia di. Quia ĩ inferno nll'a ẽ redẽ/
ptio. miſerere mei de⁹ ⁊ ſalua me. ¶ Quãtũ ad
tertiũ. q̇dã ſũt mediocres q̇ ð nris ſuffragijs
⁊ orõnib⁹ hñt magnũ placitũ ſicͣ ſũt aie pctõ/
rũ. q̇ lȝ fecerũt mlta pctã. tñ ꝓ tpe cõuertunꝰ
ad deũ ⁊ ꝯfitenꝰ. ſȝ nõ cũ tãta ꝯtritiõe vt ma
ria magdalena. cui de⁹ remiſit pctã q̃tuȝ ad
culpã ⁊ penã. tales qñ decedũt vadũt ad pur
gatoriũ. qꝛ lȝ culpe remittanꝰ ĩ ꝯfeſſiõe. tñ ad
huc remanẽt ſiue reſtãt pene ad ſoluẽdũ. vel
h vl' in purgatorio in q̇ eſt ignis clar⁹. Sec⁹
de illo ð inferno. q̇ eſt obſcur⁹. Jlle ãt ignis
ẽ inſtrm diuie iuſticie. qꝛ al's flama corpalis
nõ poſſet agere ĩ aiaȝ ſpũalẽ. Sicͣ ꝟba corpa/
lia ſacerdotis nõ poſſent trãſſubſtãtiare niſi
inquãtũ ſũt inſtrm dei. Jta de illo igne in q̇
aliq̇ ſtant ſolũ ꝑ momentũ ſubito tranſeunt
vt ſagitta. aliq̇ ſtant ꝑ horã. aliq̇ ꝑ diẽ ⁊c. vſq;
ad diẽ iudicij ſm q̄ deo placet. Et quãtũcũ/
q; ibi parũ ſtent videꝰ eis ſtetiſſe ꝑ centũ an/
nos. ita pena ẽ dura ⁊ aſpa. Quib⁹ purifica/
tis ꝑ bonũ angelũ inde extrahunꝰ ⁊ ad ꝑadi
ſũ deducunꝰ. Sicͣ eñ bon⁹ argẽtari⁹ q̇ vult
facere pulchrũ op⁹ auri l' argẽti nõ ponit au
rũ vel argentũ in ope q̇uſq; ĩ furnello ẽ puri
ficatũ. Jta xp̃s optim⁹ argentari⁹ purifica/
uit aias q̇ dicunꝰ aurũ ex charitatiua ꝯſcia.
⁊ argentũ ex clara credẽtia ĩ furnello purga/
torij. Auctas. Jn igne ꝓbaꝰ. i. purgaꝰ auꝝ et
argentũ. homĩes ꝟo receptibiles in camino
hũiliatiõis. Eccl'i. j. Sȝ ecce h ꝯſolatio. quia
tpus eis a deo taxatũ ꝑ ſuffragia orationum
elemoſynaꝝ miſſaꝝ ieiunioꝝ. et hmõi põt mi
nui. qꝛ iam ĩ tali ꝯditiõe de⁹ taxauit eis tpus
dicẽs. Tu ſtabis h ꝑ diẽ vel horã vel annũ.
tñ tã bonũ adiutoriũ poſſes hr̃e ⁊c. et ꝓ iſtis
oram⁹. Eſt cogitatio. ſ. eccl'ie vniuerſalis ꝓ
defunctis exorare. Rõ. qꝛ ſicͣ rex ſi teneret mili
tem incarceratũ ſub terra aliq̇ crimĩe ĩ pane
⁊ aqua. nec aliq̇s põt loq̇ cũ eo. talis non põt
ſe iuuare. ſed opꝫ eũ ibi cõplere tpus a rege
taxatũ. niſi amici ſui ⁊ ſuitores regis iuuẽt eũ.
q̇ ꝯgregati vadũt ad regẽ dicẽdo. Dñe talis
amic⁹ nr̃ eſt capt⁹. ⁊ bñ mereꝰ ipſe. ſȝ ecce dñe
nos ſum⁹ ſuitores vr̃i ⁊c. p̃ſentam⁹ vob iſtã
cupã auri vel mille florenos. Deiñ vadũt ad
reginã rogãtes eaȝ vt intercedat ꝓ illo apud
regẽ. cui p̃ſentãt centũ ꝑlas ð ꝑcioſis. Dein/
de ad ꝯſiliarios ⁊ ſecretarios regis ⁊ vſq; ad
ſtabularios dãt dona. Qñ regina ⁊ oẽs ro/
gant ꝓ illo. ⁊ rex ſcit de munerib⁹ factis dicit
Nõ ipſe debebat ſtare ꝑ q̇nq; vel ſex annos
volo q̄ ſtet niſi ꝑ mẽſeȝ. ⁊ q̄ deꝰ ſibi ad come
dendũ ⁊c. vl' exeat ſtati. Jta fit hodie de ami
cis nr̃is de q̇b⁹ cogitam⁹ q̄ ſint ĩ purgatorio
in illa dura captione. ꝓpter h hodie ꝯgregati
vadim⁹ ad regẽ xp̃m ĩ domo ſua. ſ. eccl'ia ſu/
plicãdo cõiter ⁊ generaliꝰ ꝓ oib⁹. licȝ eñ ſim⁹
pctõres. tñ ſerui ſui ſum⁹. ⁊ p̃ſentam⁹ ſibi cu/
pã auri. ſ. hoſtiã ꝯſecratã in q̇ eſt xp̃s ver⁹ de⁹
⁊ ver⁹ hõ. vt fuit in vtero ꝟginis marie. q̇ pl⁹
placet ſibi q̃ ſi regi pñtarenꝰ mille milia flo/
renoꝝ. ſi cleric⁹ ſit bon⁹. qꝛ aliter dicͣ Grego.
Cũ is q̇ diſplicet ad intercedẽdũ mittiꝰ. irati
anim⁹ ad deteriora ꝓuocaꝰ. Deinde ad regi/
nã ꝟginẽ mariã p̃ſentãdo ſibi Aue maria ge
nib⁹ flexis dicendo. Aue maria. ⁊ ꝟgo maria
orate pro patre meo. vel matre mea ⁊c. Plus
placet ſibi q̃ margarite vnq̃ placuerũt regi
ne. Deinde ad ꝯſiliarios. ſ. patriarchas. p̃ſen
tando eis florenos. ſ. Pr̃ nr̃ ⁊c. vſq; ſtabulari
os. ſ. ꝑ paupes q̇ vadũt ꝑ terrã. Et facto ope
debet deo offerri. Et tũc rex xp̃s pius ⁊ beni
gnus q̇ nõ mutat intentionẽ offerẽtis alleui
at penã. vel extrahit de purgatorio. O ſi poſ/
ſit videri ꝓceſſio q̃ hodie erit de purgatorio
ſanctaꝝ animaꝝ. Sancta g̃ ⁊ ſalubris ẽ co/
gitatio ꝓ defunctis exorare vt a pctis ſoluãꝰ
ij. Machab. xij. Nota ſancta. qꝛ placet deo.
⁊ ſalubris. qꝛ liberat aĩas a penis purgatorij
⁊ ꝓficit amicis offerẽtib⁹.

¶ De omnib⁹ animabus.

¶ Sermo ſecũdus.

O Mnes qui in mo/
numẽtis ſunt audient vocẽ filij dei
Uerbũ iſtð habeꝰ originaliꝰ. Joh.
quinto. et recitatiue in euangelio hodierno.
Sicut heri fecimus memoriã ⁊ ſolẽnitateȝ
omniũ ſanctoꝝ q̇ iam ſunt in paradiſo ĩ glo/
ria celeſti. Jta hodie fit officium de omnib⁹
animab⁹ q̇ ſunt in purgatorio. Et conuenit
multũ bene. qꝛ nos non ſum⁹ ſufficientes ex
trahere animas de purgatorio iungim⁹ no/
bis oẽs ſanctos. Jdeo modo volo predica
re de ſtatu ⁊ ꝯditionib⁹ animaꝝ. Materia ẽ
de qua null⁹ q̃ſi ꝑdicat. et eſt tñ materia vti/
lis ⁊ neceſſaria. Saluteꝰ ꝑus ꝟgo maria ⁊c.
Notandũ eſt igiꝰ q̄ articul⁹ eſt fidei xp̃iane ⁊
veritas clara. q̄ in fine mũdi omnes gentes
ſcȝ boni ⁊ mali magni ⁊ parui fideles et infi/
deles habem⁹ reſurgere in iudicio. et in ad/

uentu xp̄i ad iudiciū. Et hoc dic̄. s. Tho. iiij.
ſcp̄. diſ. xliij. q. j. ar. j. q. ij. Et rō ē. q2 aīa ſepata
a corpe ē q̄ſi imꝑfecta. iō vt vltimā ꝑfectionē
habeat itez aīa corpi ɔiūget. vt dic̄ ibidē do-
ctoꝛ. ⁊ h̄ fiet ī reſurrectiōe. Eſt tn̄ etiā alia rō
ad h̄. q2 certū eſt ꝙ bona vl' mala q̄ fecim⁹ nō
ſolū feci⁹ cū aīa ſ3 ſil' cū aīa ⁊ cū corpe. Prio ei
fiūt ab aīa cogitādo deliberādo ɔ̄ſiderādo ⁊
oꝛdinādo. ſ3 in executōne corp⁹ aſſociat̄ aīe.
Et ex iſta rōne de⁹ p̄mo dat aīab3 gl'iā vel pe
nā q̄3 corporib3. Anime eīn ſctoꝝ iam ſunt in
gloꝛia. ⁊ corpa coꝝ adhuc ſunt in terra. Et ḡ
vult deus ꝙ aīa q̄ p̄us habuit meritū etiam
habeat gloriā. S3 q2 finaliter in executione
opis corp⁹ opatū eſt partē ſuā vult de⁹ vt coꝛ
poꝛa reſurgant ⁊ ſimul cū animab3 habeant
gloꝛiā. Idē de malis opib3. p̄us aīa oꝛdinā/
do cogitādo ⁊c̄. habuit ſuū pctm̄ ſic deſide/
rādo ⁊ oꝛdinādo. ſ3 in executōne corp⁹ opat̄.
Corpus eīn cū aīa facit homicidiū ex vindi
cta vel furat̄ vel luxuriat̄. Iō deus p̄mo dat
penā aīab3. Ubi ſunt mō aīe iude et macho/
meti. ī inferno. q2 p̄us demeruerūt ḡ p̄us pu
niunt̄ aīe q̄3 corpoꝛa. Et q2 corpa ī executiōe
coopata ſūt. iō vult de⁹ vt ſuſcitent̄ ī iudicio.
vt ſil' cū aīab3 habeāt damnatiōꝫ. Iſta eſt rō
q̄re boni ⁊ mali reſurgēt vt corpa ſil' cū aīab3
recipiāt gl'iā vel penā. De h̄ eſt auctas Atha
naſij q̄ dic̄ in ſymbolo. Ad cui⁹ aduentū oēs
hoīes reſurgere h̄n̄t cū corpib3 ſuis. Et red/
dituri ſunt de factiſ ꝓꝛijs rōnem. Et q̄ bona
egerūt ibunt in vitā eternā. Qui ꝟo mala in
ignē eternū. Iſta reſurrectio non fiet ꝑ poſſe
nature vel alicui⁹ creature. vt dic̄. s. Tho. in
iiij. diſ. xliiij. q. j. ar. j. q. iij. vbi dr̄ ꝙ ſimpl'r lo/
quēdo reſurrectio ē miraculoſa. non nat̄alis
niſi ſc̄m q̄d. vt ibidē ad longū declarat q2 lic3
creature poſſint occidere viuos. non tn̄ p̄n̄t
ſuſcitare moꝛtuos. Sol⁹ eīn creatoꝛ q̄ de ni
hilo cūcta creauit ſolo ꝟbo cūcta creauit. nō
vt mgr̄ de arte laboꝛādo ⁊c̄. ſ3 verbo. dicēdo.
Fiat celū. fiant lumiaria. ⁊ ſtatim ipſe dixit et
facta ſunt. vt ait Dd̄. Tāta ē ꝟtus ei⁹ ꝟbi. q̄a
q̄ de nihilo fecit creaturas. ſuſcitabit ſui ꝟbi
imperio. Quid eſt pl⁹. creare de nihilo vl' re
ſtituere illud qd̄ iam fuit. Certū eſt ꝙ pl⁹ eſt
creare qd̄ eſt de nihilo aliq̄d facere q̄3 illō qd̄
eſt facere aliq̄d ex p̄ſuppoſito. q2 argentarius
de pulueribus argēti facit ciphū vt erat pꝛius
q̄ tn̄ de nihilo nō poſſet facere ciphū argen/
teū. Nō eſt ḡ mirū ſi ſūm⁹ argētari⁹ deus de
pulueribus corpoꝝ reſtituit integra corpoꝛa.

q̄n in iudicio ꝑcipiet venire oēs moꝛtuos. s.
Surgite moꝛtui ⁊c̄. De iſta voce loquit̄ the
ma. d. Oēs q̄ ī monumētiſ ſūt ⁊c̄. De iſta vo/
ce dic̄ Dd̄. Ecce dabit voci ſue vocē virtutiſ.
Gloſa. ſuſcitādi moꝛtuos. P3 thema. Sunt
h̄ due q̄ſtiones ſubtiles. Pꝛia ſup p̄mā clau
ſulā themat. s. Oēs q̄ in monumētiſ ſūt. Se
cūda ſup ſecūdā cū dr̄. audient vocē filij dei.
In p̄ma clauſula xp̄s rn̄det tacite q̄ſtioni. q̄
eſſet ſibi dictū. q̄ ſuſcitabunt̄ ī iudicio. rn̄det.
Oēs q̄ in monumētis ſunt. Eſt h̄ igit̄ q̄ſtio.
Quid erit de illis q̄ nō ſūt nec vnq̄3 fuerunt
ſepulti in monumētis. ſic ſunt illi q̄ moꝛiunt̄
in deſertiſ ⁊ comedunt̄ a beſtijs. Itez de ſub/
merſis q̄ comedunt̄ a beſtijs. Itē de ſuſpen
ſis in aere q̄ comedunt̄ ab auib3. Itē de com
buſtis ⁊ fiūt cineres. Et ſic de ſilib3 q̄ nunq̄3
habuerūt monumētū vel ſepulcrū. q̄d ergo
erit de iſtis. Nota ꝑ illo dubio duas rn̄ſiōes
p̄ma eſt lr̄alis. ſecūda moꝛalis. Pro p̄ma lr̄a/
li dico ꝙ impoſſibile eſt aliquē moꝛi q̄uocū/
q̄3 q̄n ſepeliet̄ in monumento. Et h̄ declarat̄
ſic. Nā de⁹ fecit q̄ttuoꝛ monumēta generalia
ꝓ oīm hoīm corpib3. ⁊ null⁹ eſt q̄n ī aliq̄ iſtoꝝ
ſepeliet̄. ⁊ iſta monumēta ſūt q̄ttuoꝛ elemēta
terra aq̄ aer ⁊ ignis. Terra eſt monumentū
cōmune. l3 aqua nobili⁹ monumētū ſit q̄3 ter
ra. ſ3 q2 nō eſt ɔ̄ſuetū. iō raro ibidē ſepeliunt̄
hoīes. niſi ꝑ delictis puniant̄. ⁊ iſti comedū
tur a piſcib3. ſed q̄ ſepeliunt̄ in terra a ꝟmib3
⁊ ſerpentib3. Nobili⁹ aūt eſt comedi a piſcib3
q̄3 a ſerpētib3 vel vermib3. Tertiū monumē/
tū. s. aer eſt nobili⁹. in q̄ ſepeliunt̄ ſuſpēſi. ſ3 et
comedunt̄ ab auib3. Alij ſepeliunt̄ in igne. s.
illi q̄ cōburunt̄. Nō eīn aliqd̄ eſt corp⁹ hoīs
nec fuit nec erit q̄n in aliq̄ iſtoꝝ monumento
rū ſit ſepultū vel in omnib3. q2 ſicut corp⁹ eſt
mixtū ⁊ cōpoſitū ex q̄ttuoꝛ elemētis. ī illis re
ſoluit̄. ḡ vbicūq̄3 vadat ī monumētis ſepelit̄.
Iō dic̄ xp̄s. Oīs q̄ in monumētis ſunt ⁊c̄.
Q̄ aūt elemēta dicant̄ neceſſario ſepulcra ꝉ
monumēta h̄ patet ex ſcptura Dd̄. ps. xlviij.
Sepulcra coꝝ. s. hoīm. dom⁹ coꝝ. s. corpoꝝ
ineternū. Nō nec monumēta pape nec regū
nec xp̄i durabūt ineternū. q2 ignis cōflagra/
tionis deſtruet etiā aurū ⁊ argētū. q2 purga
bit totū mūdū ⁊ remouebit oēm imꝑfectiōꝫ
ex culpa relictā ⁊ impuritatē cōmixtionis. ⁊
erit diſpoſitio ad gl'ie ꝑfectionē. vt dic̄ ſanct⁹
Tho. ad longū. iiij. diſ. xlvij. q. ij. ar. j. q. ij. Et
etiā totus mūd⁹ innouabit̄. vt dic̄ in. iiij. diſ.
xlviij. q. ij. arti. j. Ergo neceſſario auctoꝛitas

ſntelligiᷓ dē elemētis.qꝛ nihil elementatū re
manebit. Et de elementis intelligiᷓ cū dicit
thema. Oīs qui ī monumētis ſunt ꝛc̄. Se/
cūda rñſio eſt moralis ad bonā inſtructionē
noſtrā. Inueniᷓ ī ſacra ſcꝑtura ꝙ ꝑſone ma/
le vite dicunᷓ ſepulcra. Et ad hoc eſt ratio ⁊
autoritas. Ratio eſt.qꝛ cōmuniter monumē
ta maꝛie diuitū de foris ſunt ornata ⁊ picta
ſed intꝰ plena corruptiōibꝫ cadauerū. Tales
ſunt ꝑſone male vite ⁊ peccatores q̄ extra ſūt
ornate ⁊ picte.ʒ intꝰ plene pctis. Verbi grā.
qñ videtis regē corā quo portaᷓ enſis q̄ rep̄/
ſentat iuſticiā quā ipē facere deberet omibꝫ.
⁊ tñ forte ꝯtingit ꝙ ipē erit iniuſtus.talis ſe/
pulcrū eſt ꝛc̄. Idem de malo ꝑlato papa vel
cardinali epō ꝛc̄. Iaʒ videtis extra quō ſunt
ornati ꝛc̄. ʒ ſi ſit male vite porcus ꝑ luxuriā
ſymoniacꝰ ꝛc̄.pulchrū monumētū eſt ad ex/
tra ſed intꝰ caue ab eo qꝛ plenꝰ peccatis. Idē
de p̄dicatore q̄ ad extra portat habitū nigꝝ q̄
ſignat honeſtatē.albū puritatē. ſed ſi ſit ma/
le vite ꝛc̄. Idem de clerico q̄ iam portat co/
ronā regalē ⁊ pulchrū ſuppelliciū.ʒ ſi intuſ
ſit corruptꝰ.ſepulcrū eſt. Idē de vicarijs ⁊ ō
baiulis.q̄ extra portāt baculū ʒ ſi intꝰ ſūt re/
pleti crimibꝫ ⁊ delictꝭ. ſepulcra dicunᷓ. Idē
de mulieribꝫ q̄ cōiter incedūt ornate ⁊ picte.
ſed intꝰ ſecrete erit putana plena odijs ⁊ ma
lis volūtatibꝫ ⁊ deſiderijs.ſepulcra ſunt. Ex
iſta ratione ſcꝑtura vocat malas ꝑſonas ſe/
pulcra. Talibꝫ dicebat xp̄s. Ve vobis ſcri/
be ⁊ phariſei hypocrite. q̄ ſimiles eſtis ſepul
cris dealbatis que a foris apparēt hominibꝫ
ſpecioſa.intus ꝟo ſunt plena oſſibꝫ mortuoꝝ
⁊ omni ſpurcicia. Sic ⁊ vos quidē a foris q̄
dem apparetis hominibꝫ iuſti.intus aūt ple/
ni eſtis hypocriſi ⁊ iniquitate Mathei.xxiij.
Ecce quare male ꝑſone dicunᷓ monumēta.
Cū ergo dicit xp̄s in themate. Omnes qui
in monumētis ſunt ꝛc̄.q̄ſi dicat. nō ſolū bo/
ni de quibꝫ nunq̄ꝫ fuit dubiū. qꝛ ex q̄ h̄ nō ha
buerūt remunerationē alibi habebūt in ce/
lo. Nā rō dictat.vt illic remunerenᷓ. De ma
lis autē fuit dubiū.ex illo ꝟbo Dd̄. Non re/
ſurgēt impij in iudicio.neq̄ꝫ peccatores ī cō/
cilio iuſtoꝝ. Ex hoc opinati ſūt aliqui ꝙ pec
catores nō reſurgent. ſed dicit.imo.qꝛ oīs
qui in monumētis ſunt ꝛc̄. Non ſolum loq̄/
tur de bonis ſed etiam de malis. vt patet ex
dictis. Ad autoritateʒ Dauid diciᷓ. ꝙ in iu/
dicio boni nō reſurgunt vt iudicenᷓ ʒ vt iu/
dicent,maxime illi qui tenuerūt vitā apoſto
licā.qꝛ dicit ſanctꝰ Tho.iiij.diſt.xlvij.q.j.ar.
ij.q.ij.ꝙ iudiciaria poteſtas pauꝑtati debeᷓ.
ꝓpter tria. Prima rō.quia ꝓpter deum omnia
derelinquūt.⁊ ſoli chriſto inherent.⁊ idō nō
eſt eis aliquid qđ coꝝ iudiciū a iuſticia defle
ctat. Unde ⁊ idonei ad iudicandū reddunᷓ.
Secūda ratio eſt ꝓpter humilitatē.cui corre
ſpondet exaltatio.ſed nihil ita deſpectū facit
hominē in hoc mūdo vt pauꝑtas. ergo me/
rito exaltanᷓ vt alios iudicent. Tertia ratio
quia pauꝑtas eſt diſpoſitio ad p̄dictam po/
teſtatē.vt declarat ibidē. Et ꝑ nō omibꝫ pau
peribꝫ repromittiᷓ.ſed illis qui relinquentes
omnia ſequunᷓ xp̄m ſm ꝑfectionē vite. Hec
ille ibidem. In illa ꝑ die ꝟgo Maria apl̄i et
alij ſancti de vita apl̄ica erunt cōiudicantes
cū xp̄o. ⁊ totus mūdus erit ſubtus inferius
a dextris ⁊ a ſiniſtris. Et xp̄us dicet virgini.
Mater mea q̄d vobis videᷓ.nō ꝙ xp̄s indi/
geat ꝯſilio ʒ ꝓpter honorē virgīs ⁊ ſanctoꝝ.
Sʒ pctōres nō ſic reſurgūt vt iudicēt ſed vt
iudicenᷓ. Neq̄ꝫ pctōres in cōcilio.i. cōgrega
tiōe iuſtoꝝ ſeu ſanctoꝝ. ſed inferiꝰ erūt a ſini
ſtris. Ideo xp̄s ꝯ dubiū illoꝝ dixit. Oīs q̄
in monumētis ſunt. Patet ꝑ ꝙ clara eſt pri/
ma queſtio. Secūda queſtio eſt ſuꝑ clauſu/
lam ſecūdā.ſ.audiēt vocē filij dei. Contra eſt
hic queſtio.qꝛ certū ē ꝙ in monumētis quo/
cūq̄ꝫ mō ſumaᷓ.in eo nō ſunt niſi corꝑa putri
da ⁊ reſoluta.talia eī corꝑa nō pn̄t audire.qꝛ
nō eſt ibi aīa.q̄re ꝑ diᷓ. Oēs q̄ in monumētis
ſunt audiēt vocē filij dei. ſi nō habent aures
nec animā. Rñſio eſt ꝙ ſicut deus ordinauit
quattuor monumēta corporibꝫ.ita etiā qua/
tuor aīabꝫ.⁊ nō eſt aliqua aīa bona ſiue mala
q̄n in aliq̄ iſtoꝝ q̄ttuor collocaᷓ.⁊ iſta monu/
mēta dicunᷓ receptacula.q̄ cōueniēter aīabꝫ
poſt mortē aſſignanᷓ vt dicit ſanctus Tho.in
iiij.diſ.xlv.ar.j.q.j. et in illis aīe collocantur
vt in monumētis. Monumētū igiᷓ.

¶ Primū eſt infernꝰ damnatoꝝ.
¶ Secūdū eſt lymbus pueroꝝ.
¶ Tertiū eſt locus purgandoꝝ.
¶ Quartū eſt locus beatoꝝ.

Omnes aīe vadūt in aliq̄ iſtoꝝ quattuor lo
coꝝ.ſicut corpora in aliquo. quādo ergo di/
cit chriſtus. Omnes qui in monumētis ſūt.
intelligiᷓ de animabꝫ. quando ad quattuor
ꝑtes mūdi clamabitur. Surgite mortui ꝛc̄.
Iſta vox audieᷓ in inferno dānatorū.i lym/
bo pueroꝝ in purgatorio.et in celo. ⁊ ſtatim
quelibet aīa in ꝟtute dei inueniet ſuū corpꝰ

qđ cognoſcet ſicut tu de mane ſurgis de lecto
⁊ cogſcis tunicā q̄ expoliat⁹ fuiſti in ſero. De
iſtis monumētꝭ pōt intelligi illđ Mat. xxiiij.
Mittet angelos ſuos cū tuba ⁊ voce mag. ⁊
ꝯgregabūt electos ei⁹ a q̄ttuoꝛ vētis a ſūmis
celoꝝ vſq̄ ad termios eoꝝ. Nota. a ſummis
celoꝝ. ſ. nouē oꝛdinibꝫ angeloꝝ. in q̄bꝫ aīe ſā/
ctoꝝ ſūt collocate. ⁊ oēs audiēt illā vocē vſq̄
ad termios eoꝝ. Termin⁹ ē illđ qđ pl⁹ diſtat
q2 oēs q̄ ſūt ibi audiēt etiā illā vocē tube. Nō
intelligatꝭ ꝙ ſit ibi tuba materialis. ſed q2 illa
vox xp̄i reſurrectiōꝫ imꝑantis ⁊ dicētꝭ. Sur
gite moꝛtui. venite ad iudiciū. Vel ē vox an
geli q̄ vt dic. s. Tho. iiij. diſ. xliij. q. j. ar. iij. q. ij
in coꝛpe. erit terribilis. ẜ cōpat voci tube. q̄ ē
vox terroꝛis. In p̄mo monumēto. ſ. i inferno
dānatoꝝ. ibi ē ignis q̄ſi flama de ſulphure q2
dic. s. Tho. iiij. diſ. l. q. ij. ar. iij. q. iiij. ꝙ locus
inferni talis erit vt cōpetat miſerie dānatoꝝ
Vn̄ ẜm hoc ſunt ibi lux ⁊ tenebra ꝓut maxie
ſpectat ad miſeriā dānatoꝝ. Ipſa aūt viſio ē
delectabilis ẜm ſe. vt habet in p̄ncipio meta
phiſice. Senſus oculoꝝ eſt maxie diligibil.
eo ꝙ ꝑ ipm plura cognoſcim⁹. ſꝫ ꝑacc̄ns ꝯti
git viſionē eſſe afflictiuā. inquātū videm⁹ ali
qua nob nociua vl' repugnātia volūtati. ⁊ iđ
i inferno h̄ mō dꝫ eſſe loc⁹ diſpoſit⁹ ad vidē/
dū ẜm lucē ⁊ tenebras ꝙ ibi nihil ꝑſpicui vi/
deat. ſꝫ ſolū illa ſub quadā vmbroſitate vide
ant q̄ afflictōꝫ coꝛdi ingerere p̄nt. Vn̄ ſimpl'r
loquēdo. loc⁹ ē tenebroſus. ſꝫ tn̄ etiā diuina
diſpoſitōe eſt ibi aliq̄d lumis q̄ꝫtū ſufficit ad
vidēdū illa q̄ toꝛq̄re p̄nt. Et ad h̄ ſatiſfacit na
turalis ſit⁹ loci. q2 i medio t̄re vbi infern⁹ po
nit. vbi nō p̄t eē niſi ignis fetulēt⁹ ⁊ turbid⁹ ⁊
q̄ſi fumoſus. Hec ille ibidē. nō tn̄ ſūt ibi ne/
ceſſaria ligna. q2 durat ꝑ diuinā volūtatē. ibi
ſepeliūt aīe illoꝝ q̄ tenēt h̄ malā vitā. vt reli/
gioſi clerici ⁊ alij. ⁊ nolunt coꝛrigi nec facere
pn̄iaꝫ. qn̄ tales moꝛiūt. aīe ſepeliūt i inferno.
Auctas xp̄i de q̄daꝫ luxurioſo diuite guloſo
pōpoſo ⁊c. Moꝛtu⁹ ē diues ⁊ ſepul. ē i infer.
Et loq̄t de aīa. q2 coꝛpus in t̄ra fuit ſepultū.
Lu. xvj. Ergo infern⁹ dr̄ ſepultura ſiue mo/
numētū. Et ꝓ iſtꝭ nō ē intētio eccl'ie facere ali
qđ bonū. q2 eis nō ꝓdeſſent eo ꝙ ſūt dānati.
